

**Boetius de consolatione et
de disciplina scholarium**

Tabula

Incipit tabula super libris Boetii de consolatione philosophie secundum ordinem alphabeti.

Acidiosi tardi et viciosi arguuntur libro quarto metro septimo.
 Accusatio crudelis. libro primo. prosa. 4.
 Accusatio Boetii erga reges habuit tria vitia libro primo prosa quarta.
 Actus quilibet requirit ordinem temporis et loci. libro primo. metro. 6. In vere flores et autumnus vne colliguntur. lib. metro. vt supra.
 Actus sequitur conditionem potentie cuius est actus. lib. quinto. prosa quarta.
 Admirationis exemplum de septem stellis et eclipsi lune. libro quarto. metro quinto.
 Admirantur hoies de illo quod raro fit. ibidem.
 Admirari fecit senes philosophari. ibidem.
 Aduersa fortuna plus prodest quam prospera. li. 2. psal. 8.
 Aduersa bonis. prospera malis quare contingunt. libro quarto. prosa sexta.
 Aduersa et prospera adueniunt bonis et malis. libro quarto prosa septima.
 Aduersitas veros amicos ostendit. lib. 2. prosa. 8.
 Aduersitati fortune volendum non est propter quinque. lib. secundo. prosa prima.
 Aduersitate non debet sapiens molestari nec fortis multitudie hoium terri. libro quarto. prosa septima.
 Aduersitate et in prosperitate vt se homo equaliter habeat bonas exemplis. libro quarto. metro. septimo.
 Affectiones quatuor. gaudium. spes. timor. dolor impediunt cognitionem veri. libro primo. metro septimo.
 Affectus quatuor sunt require infra cathene.
 Ager mentem hoies designat. libro tertio. metro. 1.
 Aliena probitas et pulchritudo hoiem non decorant. libro secundo. prosa quinta.
 Amantibus quod dat legem. libro. tertio. metro. 12.
 Amicitiam dissimilitudo dissoluit. libro. 1. prosa. 3.
 Amicorum triplex genus. libro secundo. psal. tertia.
 Amicus verus. require aduersitas supra.
 Amicos fortuna. infortunium inimicos facit. li. 3. p. 5.
 Amor diuinus tria facit in hoibus. lib. 2. metro. 8.
 Anaxagoras philosophus stulticiam hoium solem pro deo colentium reprehendit. li. 1. prosa tertia.
 Anni sunt quatuor partes. libro primo. metro. 5.
 Anni partes quatuor. require regimen dei.
 Anni transformatio peior est quam corporis. lib. 4. me. 4.
 Antiquorum etas fuit sine cupiditate. lib. 2. metro. 5.
 Appetunt omnia permanere. require bonum est.
 Appetitus. require permanentia.
 Appetitus est duplex. libro tertio. prosa secunda.
 Appetitus. require desiderium.
 Area fortune quare mundus dicitur. lib. secundo. psal. 1.
 Arma philosophie. libro. 1. prosa secunda.
 Artes liberales dicuntur lac. ibidem.
 Asinus ad syram est homo sine attentione verba sacra audiens. libro. primo prosa quarta.
 Asinus dicitur piger seu tardus. libro. 4. prosa. 3.
 Auari dicuntur canes. libro primo. prosa quarta. et idem habetur. libro secundo. metro secundo.
 Auari insatiabiles. libro tertio. metro tertio.
 Aues tenebrarum. require tenebre.
 Auriga. require currus.
 Auarus. require lupus.
 Auumus require. tempus autumnale.
 Auxilium diuinus in minimis debet inuocari. libro. tertio. psal. nona.
Bauxilii diuini inuocatio a Boetio. libro quarto metro nono.
 Arbitror. require securitas.
 Beate tunc respublice sunt si per sapientes et studiosos regantur. libro primo prosa quarta.
 Beatitudo siue felicitas est duplex. libro. 2. prosa. 4.
 Beatitudo non est in dignitatibus. lib. 2. psal. 6.
 Beatitudo siue felicitas non consistit in bonis fortune. lib. secundo. prosa quarta. et probatur tribus rationibus. ibidem.
 Beatitudinis descriptio. lib. tertio psal. secunda.
 Beatitudinem ad veram omnes vocantur. libro. 3. metro. 10.
 Beatitudinem attingere. require ambulare.
 Beatus omnis deus est libro tertio. prosa decima.
 Beatitudo. require patria. Item omnes. Item in verbo voluptas.
 Bellum iustum licet. libro quarto. metro quarto.
 Bestie non beatificantur. libro. tertio. prosa septima.
 Bibliotheca vnde dicitur. libro primo. psal. quarta.
 Boetio multa noia annectuntur. in problemis.
 Boetius ordinavit actus suos ad eodem pacem septem exemplis. libro primo. prosa quarta.
 Boetius quare infirmus iudicabatur. lib. 1. prosa. 6.
 Bona corporis sunt vilia. lib. tertio. prosa octaua.
 Bona hominis sunt ratio et intellectus non temporalia. libro primo prosa sexta.
 Bona temporalia somniantur esse felicitas. libro quarto prosa prima.
 Bona temporalia querens in varia incidit. libro tertio. prosa octaua.
 Bona temporalia nec sufficientiam nec potentiam prestant libro tertio. prosa nona.
 Boni semper sunt potentes mali vero impotentes. lib. quarto psal. secunda.
 Bonum est duplex. libro secundo. prosa sexta.
 Bonorum premia. require premia.
 Boni premio hic priuantur. require iusti.
 Boni viri imagines vbi inueniuntur. li. 3. psal. nona.
 Bonum et vnum idem sunt. require vnum.
 Bonum est quod omnia appetunt. libro tertio. prosa. 11.
 Bonum summum cuiuslibet videtur id quod appetit. lib. tertio. prosa secunda.
 Boreas ventus significat philosophiam. lib. 1. metro. 3.
 Breuitas vite humane. lib. quarto. prosa quarta.
 Brutum. require vlires.
Calamitas vnde dicitur. lib. secundo. prosa. 1.
 Canis dicitur riosus et lupus avarus. lib. quarto. prosa tertia.
 Caro nihil aliud est nisi sanguis coagulatus libro primo metro primo.
 Casus non est euentus prouisus. lib. quinto prosa. 1.
 Casus diffinitur ibidem.
 Cathene rationis sunt quatuor affectus. libro primo. metro secundo.
 Causa mali. require nihil.
 Celum quare dicitur stabile. libro primo. metro secundo.
 Celum mouetur duplici motore. ibidem.
 Celum quare dicitur stare eiusdem stelle. libro primo. metro tertio.
 Circulo comparatur vita hoies. libro tertio. metro secundo.
 Circe dea. require vlires.
 Claritas solis. require prouidentia dei.
 Cognitio summi boni fit per creaturas gradatim transcendendo libro quarto. metro primo.
 Cognitio sequitur naturam cognoscentis libro quinto. prosa quinta.
 Cognitionis veritatis impedimenta. require. Turbationis.
 Cognitio veri repellit cecitatem ignorantie. libro quarto. prosa quarta.
 Cognitiua virtus aliter in nobis intellectiua et aliter sensitiua. libro quarto. prosa tertia.
 Cognoscitur rotundum aliter visu et aliter tactu. libro quinto prosa quarta.
 Cognoscit hoiem aliter sensus aliter imaginatio aliter ratio aliter intelligentia diuina. ibidem.

2

Tabula

Color philosophic. libro primo profa prima.
Comedere parentes in certis partibus laudabile est. libro secundo. profa septima.
Concordare non possunt mali cū bonis. nec etiam inter se libro quarto. profa sexta.
Concordia elementorum. require regimen dei
Concupiscentia terrena supata homo fit diuinus. libro quarto. metro septimo.
Constare non abscondas si medicatis opus expectas. oportet ut vulnus detegas. libro primo. profa quarta
Conscientie libertas et conscientia libera. li. i. pfa. 4.
Conscientia praua punit malum intrinsece si exterius non punitur. libro quarto. profa quarta.
Consolatio philosophic. libro primo. profa tertia.
Consules electi ducti in pretorium fm p̄suetudinē romanorum. libro secundo. profa tertia.
Contemplatio supernorum est nostrū cōtra stultos ppugnaculum. libro primo. profa tertia.
Contingens. require necessarium.
Conuictus. require damnari.
Crapula hominem debilitat. libro secundo. pfa quinta.
Cupiditas multorum malorum causa est. libro secundo metro quinto.
Cupiditas veri boni naturaliter est inserta hominibus. libro tertio. profa secunda.
Currus per aurigam necessario non vebitur. libro quinto profa quarta.
Amnari nullus debet nisi cōiuctus. libro primo profa quarta.
Damnatorum pena. require pena.
Desiderium siue appetitum eorum implere soli sapientes possunt libro quarto profa secunda.
Desiderii et libidinis differentia. ibidem.
Deus intuet omnia. libro quinto. profa sexta.
Deo sunt preces offerende. ibidem.
Deus presidet ut conditor mundi. libro i. pfa sexta.
Deus commendat de gubernatione celestium et terrestriū libro primo. metro quinto.
Deus siue summum bonū nō inuenit in terrenis sicut nec aurum in arboribus. libro tertio. metro octauo.
Deus regit omnia. libro tertio. metro nono
Deus a nullo compulsus sed sua bonitate fecit omnia. et cōmendatur ex parte sapientie sue. ibidem.
Deus omnia gubernat. libro tertio. profa. iz.
Deo omnia recta sunt. libro quarto profa prima.
Deus rotat orbem dicit parmenides libro tertio profa duo decima.
Deus tonans. require tonitru.
Deus verissime est. require esse.
Deus fons omnis bonitatis p̄ omnipotentia: iudex equitatis per iusticiam. libro quarto. metro sexto.
Deum eternum omnes sapientes dixerunt libro quinto p̄ sa sexta.
Deus omnia videt libro quinto. profa sexta.
Dignitas siue potestas est duplex. libro secundo. profa sexta.
Dignitas reddit malos peiores ut p̄ de romanis. libro secundo. profa sexta.
Dignitas reddit peiores patet de Nerone cuius. ponit quatuor malitias. libro secundo metro sexto.
Dignitas si esset bona non adueniret pessimis. libro secundo metro sexto.
Dignitas collata improbis non efficit dignos sed ostendit indignos. libro secundo profa sexta.
Dignitas non reddit hominem honorabilem si non est virtuosus. li. 3. profa. 4. et probat quadruplici via.
Dignitas prefecture dignitas senatoria. ibidem.
Displicere malis laudabile est et c. libro primo profa tertia.
Diuitie in quinque consistunt. libro secundo profa quinta.
Diuitie disperse minuuntur scientia vero dispersa augmē

tatur. libro secundo profa quinta.
Diuitie non sunt appetende tribus rationib⁹ probat ibidem et propter diuitias multi perierunt ibidem.
Diuites soli reputantur honore digni ibidem.
Diuitie non auferunt indigentiam. libro tertio. profa tertia.
Diuinatio quid sit libro quinto profa quarta.
Diuina prouidentia. require ingenium.
Diuino amore tria reguntur. scilicet. astra elementa et tempora libro secundo metro octauo.
Diuinus amor tria facit in hominibus. ibidem.
Dolendum non esse. require aduersitatem
Dolere faciunt tria. Boetium. libro primo profa quarta.
Dolor ira meror libro primo pfa quinta.
Dolia duo vini in limite iouis. libro secundo profa secunda.
Duo principia rerum bonum et malus. require pitagorici
Durare malum. require miseriam.

Detatur et ingrosatur mens humana tpalibus. li. i. metro secundo.
Ebrius volens ire domum sic errans a felicitate. libro tertio. profa secunda.
Eclipsis lune. require admirationis.

Eget omnis eo quod desiderat. li. 3. pfa tertia.
Elementorum concordia. require regimen dei
Eloquentia sine sapientia. et eloquentia cum sapientia. libro secundo profa prima.
Epicurri stoici. libro primo profa tertia.
Equaliter se habere. require aduersitate.
Errores sapientis est duplici de causa peior quā insipientis. libro primo pfa prima.
Esse malos simpliciter non conceditur sed esse homines malos sicut cadaver esse hominem. libro quarto profa secunda.
Esse verissime habet primus ens. quanto ergo aliquis magis per vicia recedit a primo esse: tanto magis definit esse libro quarto profa secunda.
Etas philosophic libro primo profa prima.
Etates quatuor per poetas distinguntur. libro secundo. metro quinto.
Eternitas deo attribuitur perpetuitas. mundo. li. quinto profa sexta.
Eternitatis diffinitio. libro quinto profa sexta.
Eternitatis cognitio habetur ex cognitione temporis ibidem
Eternitatis vocabulo multi sunt abusi. ibidem.
Eternum triplex. libro quinto profa sexta.
Euenire. require liberum arbitrium.
Euentus. require casus. Item fortuiti.
Eufratis et tigris duplex origo libro quinto metro. primo
Exilius. require miseria.

Actes siue vultus philosophic libro primo pfa tertia.
Falli non potest deus. Require. prouidentia diuina.
Falsa felicitas dicitur mendax libro tertio profa nona.
Fama popularis non prouenit ex recto iudicio rationis. libro tertio profa sexta.
Familiaris inimicus efficacissima pestis. libro tertio profa quinta.
Familiares regum. require potens.
Fatalis ordo. libro quarto. profa sexta.
Fatum duplex notificatur. ibidem.
Fatum ad prouidentiam habet differentiam ibidem.
Fatum dependet a diuina prouidentia exemplum ibidem.
Fati diuerse opiniones ibidem.
Fato omnia que subsunt etiam diuine prouidentie subsunt ibidem

Tabula

Ibidem.
Fatum se habet ad prouidentiam sicut ratiocinatio ad intellectum ibidem.
Fatum incipit ubi motus: quicquid supra motum est fatum est ibidem.
Felicitas est duplex. scilicet politica et speculativa libro primo metro primo.
Felicitas temporalis in tribus consistit. libro secundo prosa quarta.
Felicitas nemini totaliter aduenit. ibidem.
Felicitas falsa. libro tertio. metro primo.
Felicitatem a vero bono errantes in quinque posuerunt. consistere. libro tertio prosa secunda.
Felix quantumcumque quis sit tamen alterius status apparet felicitate. libro secundo prosa sexta.
Figura siue forma hominis et etiam proctorum. libro quinto metro quinto.
Finis cum sit causa capax ideo nihil potest perfecte sciri nisi si ne cognito. libro primo. prosa sexta.
Finis et principium in unum coincidunt per in circulo: ergo cognito principio cognoscitur finis omnium rerum. scilicet deus libro primo prosa sexta.
Fleus duplex. verus et fictus siue adulatorius. libro primo metro primo.
Fons bonitatis. require deus.
Fortis. require aduersitate.
Fortitudo siue potentia. vera require refrenare.
Fortune bona transitoria et deceptoria nulli seruant fidem libro primo. metro primo.
Fortuna caduca propter duo. duplicem habet faciem ante albam et retro nigram ibidem.
Fortuna ceca depingitur duplici fronte capitata et calua. libro secundo. prosa prima.
Fortuna non est in potestate hominis ibidem.
Fortuna depingitur cum rota. ibidem.
Fortuna non assuescit in oppositum nec na. ibidem.
Fortuna quolibet dupliciter consideratur. libro quarto prosa sexta.
Fortunam esse bonam vel malam stat in voluntate hominis. libro quarto prosa septima.
Fortuna superba: quia nulla veretur. libro secundo. metro primo.
Fortuna inuehitur contra auaritiam. libro secundo metro secundo.
Fortune bona non efficiunt quod promittunt. libro tertio prosa tertia.
Fortuna omnis aut iucunda aut aspera. libro quarto. prosa septima.
Fortuiti euentus declarantur per flumina paradisi. scilicet tigris et eufratem. quorum duplex est origo. libro primo. metro primo.
Fuga passionum siue affectionum. libro quarto. metro septimo.
Futura ex necessitate eueniunt. require spes
Gloria mundana non dicitur beatitudo libro tertio prosa sexta.
Gloriandum non est in uestibus libro secundo prosa quinta.
Gloriandum non est in multitudine seruorum libro secundo prosa quinta.
Gloria siue fama non spectat ad virtuosos. libro secundo prosa septima.
Gloria humana non est appetenda propter quatuor libro secundo. prosa septima.
Gloria vana ex nobilitate sanguinis. libro tertio. prosa sexta.
Gubernatio celi et terre. require deus.
Gubernaculum quo deus regit mundum est bonitas dei libro primo. prosa sexta.
Gubernare omnia. require deus.



Herculis labores duodecim. libro quarto metro septimo.
Homo diuinus. require concupiscentia.
Hominis bona sunt ratio et intellectus non temporalia. libro primo. prosa sexta
Homini proprium. require ratiocinatio
Homines mali naturam amittunt humanam et in bruta conuertuntur. libro quarto prosa tertia.
Hominis forma est sursum ad celos creata brutorum vero deorsum ad terram. libro quinto metro quinto.
Homo non vilis sed nobilis pars mundi. libro primo metro quinto.
Homo vere scit qui seipsum scit. et ignorat qui seipsum ignorat libro primo prosa sexta.
Homo non est homo nisi rationalis. libro quarto prosa tertia.
Humani actus reguntur a deo libro primo prosa quinta.



Ignorantia est duplex: interna siue naturalis et hec est iuueni. externa siue extra naturam et hec est senum et negligentium. libro primo metro secundo.
Ignorantia sui ipsius. require homo.
Ignorantia require cognitio veri.
Imagine veri boni. require boni veri.
Infelicissimi. require miserissimi
Inclinatio capitis signum est profunde imaginationis. libro tertio prosa secunda.
Ingenium humanum non valet ordinem diuine prouidentie comprehendere. libro quarto prosa sexta.
Impedimenta cognitionis veritatis. require turbationes.
Impunitas require pena.
Impuniti mali. require veritas.
Infecuritas regie potestatis patet in Dyoniso. libro tertio prosa quinta.
In intellectus. require sol.
Inuenire deum. require deus.
Inder equitatis. require deus.
Inuidus comparatur veseno monti ardenti. libro primo metro quarto.
Ira quid sit. libro primo prosa quinta.
Iudices mouentur ad misericordiam duplici de causa. scilicet primo prosa quarta.
Iudicium vulgare dicitur infortunatum miserum fortunatum felicem. libro primo prosa quarta.
Iudicium naturale et rationale differunt. libro quinto prosa sexta.
Iustitia quid sit libro secundo prosa prima.
Iusti siue boni non solum hic premiis priuantur. sed a malis calcantur. libro quarto prosa prima.
Iuuentus viridis: et felix differunt. libro primo metro primo.



Labores. xii. require herculis.
Lac require artes liberales.
Laborintus domus multis circulis constructa libro tertio prosa duodecima.
Laudare presentem dupliciter contingit. libro secundo prosa tertia.
Lecto siue thoro studium assimilatur. libro primo. prosa prima.
Letargia qualis infirmitas. libro primo prosa sexta.
Leuia documenta precedere debent difficilia. libro primo prosa secunda.
Liberum arbitrium est in rationali creatura. libro quinto prosa secunda.
Liberum arbitrium aliter est in angelis aliter in hominibus bonis et aliter in prauis. ibidem.
Liberum arbitrium non necessitatur: sed deus omnia prospicit. ibidem.
Liberum arbitrium sequuntur premia et pene. libro quinto prosa tertia.
Liberi arbitrii et prouidentie diuine non est discordia sicut aliquantulum apparet: libro quinto metro tertio.

Tabula

Libero arbitrio possunt res sic & aliter euenire. libro quinto. profa sexta.
Libidinis a desiderii differentia. libro quarto. profa tertia.
Ligatus carbenis. require princeps malus.
Lumen. require tenebre.
Lupus dicitur auarus. libro quarto. profa tertia.
Luxuriosi comparantur rabiei maris. libro primo. metro quarto.
Luxuriosus. require porcus.
Magistratum quare assumpsit Boetius libro primo. profa quarta.
Mala sunt in mundo. libro quarto. profa prima.
Mali & stulti non sunt timendi. li. i. profa .3.
Malos esse non simplr pceditur. require esse.
Malum posse siue velle. require posse.
Malicia eternaliter duraret. libro quarto. profa quarta.
Malum nusqz est. libro quarto. profa sexta.
Manus pbie. lib. primo. profa prima.
Malum nihil est. libro tertio profa duodecima.
Medicus qualiter inuestigat morbum. lib. primo profa secunda.
Medica dicit pbia. libro primo. profa tertia.
Medicus non solum per signa vrine querit morbu. sed et per interrogationes. libro primo. profa sexta.
Memorari. require recordari.
Mendacium est triplex. lib. pmo. pfa quarta.
Mendar. require felicitas falsa.
Meror. require dolor.
Meretrici assimilantur muse poetice libro primo. profa prima.
Metro & profa vtitur Boetius propter duo libro pmo metro primo.
Miseria & eritium. lib. primo profa quinta.
Misericordia. require iudices.
Miser est ois malus lib. quarto. profa quarta.
Misericor tanto qd qto supplicio dignior ibidem.
Misericordes essent mali. si non punirent. ibidem.
Miserrimi sunt infelicissimi. si malicia eternaliter duraret. libro quarto. profa quarta.
Mors require periodi.
Mors eterna semper ardet. lib. scdo. pfa gnta.
Mors libro secundo. metro septimo.
Mors felix & infelix fm vulgares. libro primo. metro primo.
Mundus. require area fortune.
Mundus comparat mali. lib. primo. profa tertia.
Mundus. require deus.
Mundū pposuit plato icepisse. libro. gnto. pfa gnta.
Murem velle muribus dominari ridiculo sum est libro. secundo profa sexta.
Mutabilitas rerum probatur tribus exemplis. .f. sole floibus & mari. libro tertio profa octaua.
Mutabilia oia pter deū. lib. quarto profa sexta.
Natura non assuecit in oppositum nec fortuna libro scdo. profa prima.
Natura est triplex. li. tertio. metro scdo.
Natura humana paucis minimisqz contenta est. libro. secundo profa quinta.
Natura si iterdum violentatur tñ qñqz ad id reddit. qd nā liter sibi conuenit. vt patet de leone vegetabilibus & volatilibus. libro tertio metro. scdo.
Naturale iudicium differt a ratiōali libro. quinto profa secunda.
Necessitare. require prescientia. Item require signum.
Necessitates sunt due lib. gnto profa sexta.
Necessarium idem potest esse & contingens ad diuersa relatum. libro quinto profa sexta.
Neronis quattuor malitie require dignitas.
Neronis luxuria. lib. primo. metro quarto.
Nescire. require homo vere.

Nihil est causa mali lib. quarto. profa sexta.
Nihil fieri quō intelligitur libro quinto profa prima.
Nigromanticum presumpserunt Boetius propter duo li. primo. profa quarta.
Nobilis quibus preter illum qui deditus vitis. libro tertio metro sexto.
Nomen significat substantiam cum qualitate. libro. quarto metro quarto.
Non ens est duplex. libro quinto profa sexta.
Nouum antiquum. require pati.
Non est duplex accidentalis & nāf. lib. i. met. tertio.
Obediunt deo cuncta naturaliter. existentia. libro quarto. metro sexto.
Ocium dicitur studium fm vulgares libro. pmo profa quarta.
Oculi pbie ratio & intellectus & triplici ratione dicuntur ardentes. lib. primo profa prima.
Ocium non habet locum apud sapientes. libro. quarto profa quarta.
Omnnes laborant lz diuerso calle ad vnum beatitudinis finem peruenire. lib. tertio. profa secunda.
Omnnes tendunt ad beatitudinem vi naturali compulsi sed varie. libro tertio. profa secunda.
Opino vulgarium. require veritas.
Opus quod facere vis requiritur voluntas & potestas. libro. tertio. profa quarta.
Oro siue deprecatio qd sit. lib. gnto. profa tertia.
Orationes siue preces sunt deo porrigende. libro quinto profa sexta.
Oratores qui sint. lib. quarto. profa quarta.
Ordo debitus temporis & loci debz esse in quolibet opere siue actu. libro primo. metro sexto.
Ordine debito seruantur res in suo esse. ibidem.
Oramentis ornari est error. libro. secundo. profa quinta.
Orphcus citharista. lib. tertio. metro. duodecimo.
Orphci fabule moralitas. ibidem.
Parentes. require comedere.
Paripatetici. libro primo. profa tertia.
Passio est quidam motus cellule appetitiuz libro primo profa sexta.
Passiones animi impediunt rectum ratiōis iudicium li. primo. profa sexta. Et ibidem metro septimo.
Pati sapientes non est nouum sed antiquuz. libro primo. profa tertia.
Patria est beatitudo: via ad eam sunt virtutes. libro gnto profa prima.
Pauptas duplex. libro scdo metro quarto.
Paulinus senator romanorum libro secundo profa secunda.
Pax seu tranquillitas mentis libro. primo profa quinta.
Peccata. require vitia.
Pellende sunt affectiones libro pmo. metro septimo.
Pena malorum bona ipunitas mala libro quarto profa quarta.
Pene damnatorum siue purgandoz non sunt edifferende li. quarto profa quarta.
Pene maloz quare fieri pmittuntur bonis et malis locūda que debentur bonis. lib. quarto profa quinta.
Pene require liberum arbitrium.
Pene mentis speculatio rōnis lib. quarto profa pta.
Periclitari. lib. primo metro septimo.
Periodi mortis siue mete vite. li. qrtto. metro qrtto.
Permanentia est appetitus naturalis non voluntarius. libro tertio. profa vndecima.
Piger. require asinus.
Pitagorici posuerunt duo pncipia rerum bonum & malum libro tertio. profa vndecima.
Philosophari. require admirari.
Philosophia dicit mulier propter tria. li. i. profa. i.
Philosophie

Tabula

Philosophie statura. ibidem
 Philosophie partes tres mathematica: naturalis & meta-
 phisica. ibidem.
 Philosophie vestes artes liberales. ibidem.
 Philosophie vestes erant fillis tenuissimis. ibidem.
 Philosophia manibus suis texerat vestem ibidem.
 Philosophie vestes obscuratur quia non vsitata ut gladi-
 inquiet rubiginosus erit. ibidem.
 Philosophie vestis scindit vario modo ibidem.
 Philosophia diuidit in practica & speculatiua. ibidem.
 Philosophia practica habetur i ethica yconomica & politi-
 ca sed speculatiua seu theozica triplex est. scilicet phisica mathe-
 matica & metaphisica & in talibus est ordo per modum sca-
 le ibidem.
 Philosophie ornamenta. ibidem.
 Philosophie ira. ibidem.
 Philosophia magistra omnium virtutum & est a deo. lib.
 primo. prosa tertia.
 Philosophia est via ad cognoscendum verum lumen. libro
 quarto. prosa prima.
 Philosophus fuisse si tacuisses. libro. 2. prosa. 7.
 Plato require scire. Item require mundus.
 Poeta. require meretrici.
 Poetica ars a philosophia fugatur. libro. i. prosa. i.
 Popularis require fama.
 Porcus dicitur luxuriosus libro. 4. prosa. tertia.
 Posse malum peius est quam velle. libro quarto. prosa quar-
 ta qualiter intelligitur.
 Posse malum non est posse. libro quarto. prosa secunda.
 Posse implere. require desiderium.
 Potentia non potest in libere arbitrium. libro secundo. psal-
 teria ut patet de illo qui momordit linguam.
 Potentia vera. require refrenare.
 Potentia: sufficientia: reuerentia: claritudo: iocunditas sunt
 vnum in re. libro tertio. prosa nona.
 Potentia ligata. require princeps malus
 Potentia plus. require actus.
 Potentia familiaritate. Seneca & plures mortui sunt lib.
 tertio. prosa quinta
 Potentes huius mundi non sunt timendi. libro primo me-
 tro quarto.
 Potens contra patrem potentiam exemplum de busiride interfe-
 cito ab hercule. Item de regulo romano. li. 2. psal. sexta.
 Potestas regia non est vera potestas. li. 3. psal. 5.
 Potestas gladio super caput pendenti comparatur. ibidem.
 Potestatis inscuritas. require inscuritas.
 Potestates conceduntur malis. li. quarto prosa. 6.
 Potestas plus. require dignitas.
 Preces. require orationes.
 Premia nisi desunt bonis nec malis supplicia. libro quar-
 to prosa tertia.
 Premia require liberum arbitrium.
 Premium extrinsecum non curat bonus cum habeat in alio
 intrinsecum. libro quarto. prosa quarta.
 Prescientia dei. libro quinto prosa tertia.
 Prescientia dei nullam necessitatem dei imponit futuris.
 libro quinto. prosa quarta.
 Prescientia dei non mutat proprietatem rei li. quinto. pro-
 sa sexta.
 Presentialiter oia sunt in deo. li. 5. prosa. 6.
 Pretorio inducebantur consules romani require consules.
 Principia duo require pitagorici.
 Principium malorum potentia ligata est multis cathenis
 libro quarto metro secundo.
 Prodigiū quid sit. libro secundo. prosa prima.
 Promittere. require sapiens.
 Propositionum veritas est super naturam rerum. libro quar-
 to. prosa secunda.
 Proprium bonum hominum. require non recta.

Prosopopeia est fictio noue persone. li. i. prosa. i.
 Prospera. require aduersa.
 Providentia dei solis claritatem excellit. libro quinto me-
 tro secundo.
 Providentia diuina quo ad diversos actus hominis non
 fallitur. libro. quinto. prosa sexta.
 Prosa et metro utitur boetius duabus de causis. libro pri-
 mo. metro primo.
 Prudens tria respicit tempa. libro secundo. psal. i.
 Pulchritudo quadruplex. libro secundo. psal. quinta.
 Pulchritudo corporis velociter rapitur. libro tertio prosa
 octaua.
 Pulchrum videri non reddit natura. sed oculorum debili-
 tas ibidem. Exemplum de alcibiade.
 Puniri alibi grauius mali sic impuniti. libro quarto
 prosa quarta.
 Puniri in se. require conscientia pura.
 Puniri non. require misereor.
 Uices mentis. require par.
 Quinq; vnum in re. require potentia.
 Quid nominis & quid rei differunt. libro qui-
 to prosa prima.
 Ratio recta est homini proprium bonum. libro
 primo prosa quinta.
 Rationalis require homo.
 Recordari quid sit. libro quarto. psal. secunda
 Refrenare animus est potentia vera. libro ter-
 tio metro quinto.
 Regendum tria requiruntur. libro secundo prosa septima.
 Regere. require deus.
 Regime dei in concordia elementorum apparet & in tempo-
 ribus anni. libro quarto metro sexto.
 Respublica require. beate.
 Rixosus. require canis.
 Rotare orbem. require deus rotat.
 Ruge fiunt quare in senibus non in iuuenibus. libro pri-
 mo. metro primo.
 Sacrilegium. libro primo prosa quarta.
 Sanitas corporis triduam febri soluitur. libro
 tertio. prosa octaua.
 Sapiens se habet vniuersim ad vtramq; for-
 tunam. libro secundo. prosa prima.
 Sapiens. require tetragonum.
 Sapientia non est promittere que non potest implere. libro
 quarto. prosa secunda.
 Sapiens require desiderium. Item require aduersitate. Item
 require odium
 Sapiens non odit stultum. libro quarto prosa quarta.
 Sapientis est declarare difficulta. libro. 4. prosa sexta.
 Sapientum est simplicibus arridere cum sapientias acqui-
 rat ibidem.
 Scientia dispersa augmentatur. oppositum de diuitiis.
 require diuitie.
 Scientia diuina qualis sit noanda. li. 5. prosa. 6.
 Scire. require finis.
 Scire seipsum. require homo vere. scit
 Scire secundum platonem. libro quinto metro tertio.
 Senes quare sunt rugosi. libro primo metro primo.
 Senium generatur tripliciter. libro. i. metro secundo.
 Senium multa incommoda. ibidem.
 Sensualitas contrariatur rationi. li. i. metro secundo.
 Sermones accipiendi sunt secundum materiam subiectam. libro
 tertio metro. duodecimo.
 Serenitas vespertina. libro. quinto. prosa quarta.
 Ser dolorosa. require dolor
 Signum offendit signatum non necessitat. libro quinto.
 prosa quarta
 Socrates pbus in nomine vnus dei bibit venenum: & ni-
 hil sibi nocuit. libro primo prosa tertia.

Tabula

Socrates docet semper pandere veritatem. libro primo p
 la quarta
 Sol quandoq; significat intellectum. libro primo metro
 tertio.
 Solis calor. lib. primo. metro secundo.
 Solis claritas require. providentia dei.
 Spes et deprecatio cessarent: si futura de necessitate eveni-
 rent. lib. quinto. prosa secunda.
 Status non placens. require felicitas.
 Stelle septem. require admirationis.
 Stoici unde dicantur. libro quinto. metro quarto.
 Item plus. require epicuri.
 Studium duplex florens et aridum. libro primo. metro pri-
 mo.
 Item plus require lecto. Item plus require ocium
 Stupor quid sit. libro primo prosa prima.
 Stupor Boetii ibidem.
 Stupor et pudor differunt. libro primo. prosa secunda.
 Superbus comparatur fulmini. libro primo metro quar-
 to.
 Contra superbos vanam gloriam querentes. libro quinto
 metro quinto.
 Supplicia. require prima
 Taciturnitas dupliciter provenit. libro primo
 prosa secunda.
 Taciturnitas triplex. libro secundo prosa pri-
 ma.
 Tactus. require cognoscitur.
 Tardus. require asinus.
 Temporalia ebriant et ingrossant mentem humanas. libro
 primo metro secundo.
 Tempus vernale convenit vite humane. ibidem.
 Tempus autumnale dat vuas ibidem.
 Tenebris assueti non queunt lumen intueri ut sunt certe
 aues. libro quarto. prosa quarta.
 Terra habitabilis solum ad tres partes libro secundo. p
 la septima.
 Terræ bona excecant vulgares libro quarto. prosa quar-
 ta.
 Testis conditiones. libro primo. prosa quarta.
 Tetragonum corpus comparatur sapienti. libro quarto. p
 la septima.
 Tigris flumen. require eufratis.
 Tiresia vaticinavit. require vaticinatio.
 Tonitru dicitur deus tonare ut sic divina providentia re-
 cogitetur. libro quarto metro sexto.
 Transformatio require animi.
 Transformatio require Ulixis.
 Turbationes animi impediunt cognitionem veritatis. libro
 primo. metro septimo.
 Uaticinatio Tiresie. quod dicas hoc erit vel non
 erit libro quinto. prosa tertia.
 Ubi nunc fabritius: ubi Latho libro secundo
 metro septimo.
 Uelle malum. require posse.
 Venenum bibere. require Socrates.
 Venti quattuor principales a quattuor partibus mundi. q
 libet duos habet collaterales. et sic sunt duodecim libro

primo. metro tertio.
 Ventorum generatio. libro primo. metro secundo
 Veritas require Socrates.
 Veritas. qualiter latet in principio in nostro intellectu. li-
 bro tertio. metro undecimo.
 Veritatem non omnes eodem modo capiunt. nam quidam
 demonstratiue: quidam auctoritatiue: quidam per modum
 fabule. libro tertio metro duodecimo.
 Veritas propositionum. require propositio.
 Veritas contrariaur opinioni vulgarium qui putant ma-
 los impunitos felices. libro quarto. prosa quarta.
 Vertex capitis tres habet partes: fantasia in anteriori. co-
 gitatiua in medio: memoratiua in occipite. libro primo. o.
 prosa prima.
 Vespertina. require serenitas.
 Vestibus non est gloriandum. lib. secdo. prosa quinta.
 Via ad beatitudinem. require patria.
 Vita sunt spernenda. lib. qnto. prosa sexta.
 Vita non sunt sine penis. libro quarto prosa prima.
 Vitiosus. require accidiosus.
 Videre omnia. require deus.
 Vini duo dolia in limite Jouis. libro secundo. prosa secda.
 Virtutes sunt colende. libro qnto. prosa sexta.
 Virtus interpretatur. libro quarto. prosa septima.
 Virtutes sunt via ad beatitudinem. require patria.
 Vissus. require cognoscitur.
 Vita humana. require tempus vernale.
 Vita virtuosa est status mediocris. propter similitudinem
 edificii. libro secdo metro quarto.
 Vita hominis. require circulo.
 Vita hominis require periodi
 Ulixis socii per pocula Circe in bruta sunt transformati.
 libro quarto. metro tertio.
 Ulires plus. require aduersitas.
 Unum et bonum idem sunt. libro tertio. prosa undecima.
 Unum manet interim quod est unum: ibidem.
 Voluntum nihil nisi cognitum. libro quinto. metro tertio.
 Voluntas require opus.
 Voluntas et potestas requiruntur ad omnem actum libro
 quarto. prosa secunda.
 Voluntas duplex. libro tertio prosa septima.
 In voluntate non est beatitudo. ibidem.
 Voluntas coniugalis habet anxietatem annexam. vide ex-
 plum notabile. libro tertio. prosa septima.
 Voluptas est sicut stimulus apum. lib. tertio. metro septi-
 mo.
 Voluptatem quid mali sequitur ibidem.
 Vultus detegere. require confiteri.
 Vultus require factes.
 Vultus reverendi dicitur pbia: quia sicut vultus honestus
 facit homines reuereri: sic pbia amatores. suos libro primo
 prosa prima.

finis.

Omnes sunt quaterni a b c d e f g h i k exceptis
 l et m qui sunt triterni.

C Eximii preclarique doctoris **Thome** super libris **Boetii** de consolatione philosophico commentum feliciter incipit.



Philosophie seruias oportet ut tibi contingat vera libertas. **H**ec sunt verba **Seneca** octava epistola ad **Lucillum**: quia vocari philosophiam scientiam veritatis recte se habet ex secundo methaphisice. et philosophia a superstitione liberat: metu mortis non conurbat **fm** **Tullius** in lib. de finibus bonorum et malorum **30**. **Seneca** has et cõsimiles conditiones et effectus laudabiles philosophie aduertens: hortatur nos ad seruitium philosophie in propositione proposita sic dicens. **Philosophie seruias oportet**. que quidem propositio potest probari multis rationibus. **Primo** sic. illi oportet seruire per cuius seruitutem homini contingit vera libertas. sed philosophia est huiusmodi igitur. **Ad** **maior** nota. qz libertas est nobilissima conditio quam natura humana desiderat et affectat. **Ad** **maior** patet per eundem **Senecam**: qui postquam primum propositum istam. philosophie seruias oportet. subiungit. ut tibi contingat vera libertas. et paucis interpositis dicit. hoc. n. scilicet ipsum seruire philosophie libertas est. **Probat**ur secundo sic. illi oportet seruire quod animam perficit. vitam disponit. actiones regit. agenda et obmittenda demonstrat. et sine quo nemo est securus. philosophia est huiusmodi. igitur et. **maior** nota. nam iste conditiones sunt de perfectione hominis. minor declaratur per **Seneca**. **16**. epistola ad **Lucillum**. qui loquens de philosophia dicit sic. **Hec** animam format et fabricat. vitam disponit. actiones regit et obmittenda demonstrat. sedet ad gubernandum errantia. fluctuantium dirigit cursum. sed sine hac nemo est securus. **Probat**ur tertio sic. illi est seruiendum quod tradit cognitioni ultimi finis magnum incrementum: philosophia est huiusmodi. igitur et. **maior** nota. qz cognitio ultimi finis magnum incrementum confert ad vitam. ex primo ethicorum. **Ad** **maior** declaratur. nam ultimus finis vite humane est beatitudo cuius cognitionem philosophia tradit. dicit enim philosophia in tertio de consolatione prosa secunda. qz beatitudo est status omnium bonorum aggregatio. ne perfectus. et in eodem tertio ostendit philosophia in quo sit vera beatitudo et quod ad eam perueniatur. **Probat**ur quarto. illi oportet seruire quod facit hominem parem deo philosophia est huiusmodi. igitur et. **maior** nota de se. **Ad** **maior** patet per **Seneca**. **4**. epistola ad **Lucillum** qui dicit. **Hoc** enim mihi philosophia promittit ut me parum deo reddat. **Probat**ur quinto. illi est seruiendum quod est magistra omnium scientiarum: nutrit omnem virtutem. summum solacium lapsorum animarum: quod est preuium veri iuris. et cuius exhortatio est recta sui auctoritate dignissima. philosophia est huiusmodi igitur et. **maior** nota. qz rationabiliter propter has conditiones laudabiles alicui seruitur. **Ad** **maior** declaratur. nam philosophia est magistra omnium scientiarum: ex primo de consolatione prosa tertia. ipsa est nutritrix omnium virtutum. secundo de

consolatione prosa quarta: ipsa est summum solacium lapsorum animarum: tertio de consolatione prosa prima. ipsa est primum verum luminis. quarto de consolatione prosa prima. et eius exhortatio est recta sui auctoritate dignissima. quinto de consolatione prosa prima. Sic ergo patet propositio declarata que dicitur **Philosophie seruias oportet**. Sed diceret. quid mihi prodest philosophia si fatum est: quid mihi prodest philosophia si deus rector est: quid mihi prodest philosophia si casus imperat. Ad hoc respondit **Seneca**. **12**. epistola sua. Siue in exorabili lege fata nos stringant. siue deus arbiter vniuersis cuncta disponit. siue casus actiones humanas sine ordine permiscet. adhuc philosophie insistendum est. **Philosophia** enim nos tuetur **33**. **hec. n.** exhortatur ut libenter deo placeamus: ut ipsum sequamur: ut continue fortiter resistamus: et ut casum feramus. licet autem omnes homines **33** **Ari.** primo methaphisice natura scire desideret. tamen pauci (de quo dolor est). philosophie vacent. quod ideo contingit. quia plures obmissis delectationibus interioribus ad delectationes re fugiunt corporales. **Ad** **maior** tamen oportet delectationes corporales esse eligibiliores inferioribus. quia delectationes corporales impediunt a summo bono. interiores autem ad id promouent. vnde **boet.** in tractatu de summo bono dicit. Dolere debent qui delectationibus sensualibus detinentur bona interiora obmittendo. **Ad** **maior** dediti bonis sensualibus summa bona non attingunt. Quos homines sensuales **boet.** quarto de consolatione prosa quarta. comparat vesperilionibus. dicens. **Neque** enim oculos suos tenebris assuetos ad lucem perspicue veritatis attollere. similesque sunt auibus quaz intuitu noctis illuina dies excecant. Et licet homines sensuales et vulgares non magnificent nomen philosophie. sed magis blasphemant. nihilominus tamen ipsa philosophia in sua dignitate perseverat. teste **Seneca**. **14**. epistola ad **Lucillum**. **Ad** **maior** inualecet ad tantum malitiam neque ad tantum excedit contra virtutes: ut non nomen philosophie sacrum et venerabile permaneat. Sed diceret philosophiam non valeo quia pauper sum: sed si diuitias habuero totum me philosophie dabo. et hoc videtur rationabile. quia natura per se non est sufficiens ad speculandum. sed oportet cibum et potum et reliqua famulatum perexistere. et per tanto sacerdotes in egipto habitis necessariis propter admirari ceperunt philosophiam. ut dicit **Ari.** primo methaphisice. **Hec** excusatio ratione paupertatis non valet. audi **Seneca**. **17**. epistola ad **Lucillum** qui dicit. **Non** est quo nos paupertas a philosophia reuocet. toleranda. non est fames quam tolerauerunt quidam in obsidionibus. et quid aliud erat primum pacietie illorum quam in arbitrium non cadere. scilicet inimicorum: quanto magis est quod promittit perpetua libertas. nulli hominis timor et quod animam liberat a furore. multis. non ad philosophiam obstiterunt diuitie. **Paupertas** autem expedita secreta est. si vis alio vacari pauper sit oportet. aut pauperi similis. quia si potest studium salutare fieri sine cura frugalitatis. frugalitas autem est voluntaria paupertas **hec Seneca**. **17** est igitur ad philosophiam erigitur necessaria sed sufficiunt homini pauca. non enim oportet futuram felicitatem deum terre: et maris esse. quia natura paucis minimisque contenta est ex secundo de consolatione prosa quinta. **Prosequere** ergo omnia a te et ad philosophiam magno cursu totisque viribus intende. **hec Seneca**. **17**. epistola ad **Lucillum**. **Philosophie** ergo seruias oportet ut tibi contingat vera libertas. ut tibi contingat vera securitas. ut tibi innotescat felicitas. ut par deo fias. et precipue ut in aduersitatibus et tribulationibus positus per ipsam verissime consolentis exemplo **boetii** quem philosophia in exilium relegatum ab omnibus bonis pulsum: dignitatibus exutum. multis miseris afflictum dulcissime consolabatur. de cuius philosophie consolatione agit in hoc libro. **boetii**. qui intitulatur liber de consolatione philosophie. de quo ad presens nostra est intentio. **hec** sufficiat de introductione huius libri. **C** Sed antequam ad litteram accedam quinquaginta sunt promittenda. primum de causa suscepti operis. secundum de causis huius libri. tertium de titulo huius libri et eius expositione. quartum de causa intitulo latius presertim libri. quintum de generali summa et fine huius libri. **C** Circa primum videlicet circa causam suscepti operis. que **boetii** hunc librum descripsit. est sciendum. quod **boetii** vixit eximius. consul romanus. fide catholicus extitit. qui disputans de fide catholici

Prologus

ca 3 duos hereticos. s. Nestorū & Euticē. cū null' eēt qui eis resisteret boeti' ipsos in cōi cōcilio deuict' sicut p3 in lib. suo de duab' naturis in xpo. Tpe vero theodorici regis gottorū cū idem Theodorice tyrannidē suā cōtra romāos uellet ererere: & quoslibet bonos opprimere. Boeti' uirtute dei armat' plus oib' aliis sibi resistit. & quos tyrānica rabies inuaserat: Boeti' amore iustitie exponēs se piculis ipsos liberauit. Uides autē Theodorice rex gottorū solum ip3 Boetiū sibi resistentē: cogitabat qualiter ip3 pderet. & cū iustā cāz cōtra eū nō inueniret duas falsas causas p3xit. dixit. n. boetiū ipediuisse quendā delatorē sibi litterarū q̄ cōtinebāt accusationē senat' romāorū ut sic senatus redderet re' lese maiestatis. Hāc cāz tāgit boeti' p4 quarta hui' primū dicēs. Delatorē ne documēta deferret quib' senatū maiestatis reū faceret ipediisse criminamur. Secūdo accusabatur boeti' q̄ quasdā litteras dixerisset ad imperatorē cōstātinopolitanū p̄ quas restitueret libertatem pristinā ip3 romanis. Hāc cām tangit boeti' eadē profa sic dicēs. Hāc de cōpositis falso litteris quib' libertatē arguor sperasse romanā: qd̄ attinet dicere. His 8̄ causis boeti' p̄ uiles psonas & infames accusatus. indefensus. reus ē iudicatus. & a rege Theodorico papie in exilium relegatus. Boetius autē i exilio positus preteritā prosperitatē secū reputās & p̄tē aduersitatē considerās: ne aliquis homo in simili statu positus desperaret: sed vñ cōsolaretur haberet: p̄bica cōsolationē cōposuit cōtra mutabilitatē fortune. Ex quibus dictis patet q̄ cā suscepti operis est illa: quatenus boetius se in exiliū relegatū ab oib' bonis depulsi. dignitatē exuti: per p̄biaz se tueret. uolēs cōsolari quēlibet hoies in simili statu positū: ne desperet: sicut eē cōtuedū. C Secūdo vidēdū ē de causis hui' libri. cui' causa efficiēs fuit boeti' q̄ uel scribens materiā hui' libri utitur tā p̄ta q̄ metro. imitatus Adartianū felicē capellā qui in d̄ scribēdo nuptias Admercurij & philologie hoc stilo usus ē. de quo fit mētio in theodolo ubi dicitur. Egregiā sobolē cui p̄ stilbōtis amore. Uti super magna sociasti teste capella. licet ille uer boetiū multū excellat libru' Adartiani taz nobilitate materie q̄ p̄uilegio eloquētie. Boetius enim nec tullio in profa nec Virgilio in metro minor reputat. utitur autē Boetius in hoc libro profa in qua ponit rōes ad cōsolādū Boetiū: probādō q̄ nō sit dolēdū de amissione rez temporalis. utitur autē metro delectabili. ut dūz audiat meror obliuioni tradat. Cā materialis huius libri ē philosophica cōsolatio ordinata ad cōtēptū mundanoz & ad appetitū summe felicitatis. Uel p̄bica cōsolatio persuadēs neminē extolli in p̄speris. nec deprimi in aduersis uel aliter. causa materialis siue subiectū huius libri est status miserabilis Boetij p̄bica cōsolatione superinducta. Causa formalis tractatus hui' libri consistit in eius diuisione. de qua videbitur post. Cā autē formal' tractandū est modus agēdi Boetij. & est dialogus. i. sermo duoz. Introduceit enī Boeti' in hoc libro duas personas. scz scipm suā miserā deplangētē. & p̄biam sibi cōdolentem: & ipm sup sua miseria cōsolantē. & hoc est rōnabile. Hāc fm beati Grego. uerus ordo cōsolatiōis est ut cū uolum' aliquē a merore suspēdere: primo studeam' luctui ei' cōcordare. uel ideo causa formalis est dialogus. quia in quadam pte huius primi libri p̄bia introducitur fortunam ipm Boetius alloquētē. ubi scidit qdā figura tropi q̄ uocat ethopeia. de qua dicit gracismus: ac introduceit aliquos de ethopeia loquentes. ut cum fortuna loquit' Boeti' ipsa. uel pōt dicit fm cōmuniter loquentes q̄ cā formalis tractandū est quintuplex. diffinitiuā. diuisiuā. probatiuā. improbatiuā. exemplorū positiuā. sicut uidebit in libro. Causa finalis hui' libri est. ut ipso cognito nosipos & quoslibet alios i aduersitatis & tribulatiōe positos philosophica cōsolatiōe tueamur. Et ne extollamur in prosperis & deprimamur in aduersis. C Tertio vidēdū ē de titulo hui' libri & de eius expositione. unde scidēdū q̄ titulus fm Remigij sup donato est clauis siue ingressus operis sequētis. Et dicit' titulus a titan quod est sol sicut enim sol illuminat mundū sic titulus libri. Et preponit' titulus libro ad consummationem

operis. & ad laudē auctoris. Est ergo titulus presentis libri talis. Auitij Adanlij Torquati Seuerini Exconsulis Patricij Ordinarij Boetij uiri illustris incipit liber de consolatione philosophic: C Sed queritur quare tot nomina p̄pria ponit' in titulo. Dicunt aliqui q̄ forte p̄suetudo fuit romanorū ut sic nomina ascriberēt suoz auoz & p̄ decessorū. Uel aliter potest dici q̄ plura nomina ponit' i titulo p̄pter honorē & laudē ipsius Boetij. quia fm Seneca in lib. de clementia ad Aeronē. Adulta cognomina honoris data sunt. Sicut. n. uilis persona nō uult nominari nisi vno noie. qz quāto plus nominat': tanto plus cognoscit' & tanto magis sordescit. sic honesta persona uult noia rī pluribus nominibus ut sic magis inotescat & clarescat aliis sua fama. Hāc oē bonū in cōe deductū magis elucescit. Exponit' autē iste titulus sic Boeti' dicitur Auitius a quodā nobili romano sic dicto de cuius genere ipse fuit. Uel dicitur auitius quasi inuictus ab a quod est sine. & uicos victoria. Hāc enim Boetius uinci potuit ut flecteret a iure ad iniustitiā. sicut ipse testatur q̄ta profa huius libri primū dicēs. Hāc a iure ad iniustitiā me quisq̄ detrahit. Secundo Boetius dicitur fuit Adanlius. quia de gne Adanliorū fuit qui erant nobiles romani. Tertio Boeti' dicitur fuit Torquatus a quodā nobili romano sic dicto. qui cum singulare bellum iniret cum quodam de gallia ipsum deuicit & torquem in collo habentem sibi abstulit: cuius ratione dicitur fuit Torquat'. de cuius genere fuit Boetius. Quarto Boetius dicitur fuit Seuerinus a seueritate. Seuerus enim fuit cum Theodorico regi gottorū se opposuit. Uel dicitur fuit seuerinus quasi sequens ueritatem nunq̄ enim in iudiciis uel amore uel odio flecti potuit a ueritate. Quinto Boeti' dicitur fuit Exconsul quasi unus ex consulibus romanorū. uel exconsul quasi extra consulatum positus quem prius habuit. Exconsulares dicebantur qui iam deposuerāt consulatum: & licet ab honore consulatus cessarent: tamen postea plus aliis i magna reuerentia habebantur. Sexto dicitur fuit Patricius a nobilissimo romano sic dicto de cuius genere fuit Boeti'. uel alio modo patricij dicebantur nobiles romāi qui prouidebant reipublice sicut pater filio quozum noia scripta erāt aureis lris & ideo dicebāt' p̄res. de quoz numero fuit dicitur Patricius: propter quod boetius fuit dicit' patricius. Septimo dicebat' Ordinarius. quia rempublicaz ordinauit. Uel aliter ordinarij dicebantur qui tante dignitatis erant ut quolibet ordine digni essent. & sic fuit boeti' Octauo nomine proprio dicitur fuit Boetius. quod interpretatur adiutor quia in necessitate pauperibus subueniebat. C Quarto videndum est de causa intitulationis huius libri. Intitulatur iste liber de consolatione philosophica. Ubi scidēdū q̄ philosophica cōsolatio dicit' rationabilis demonstratio declarās de cuius amissione nō est dolendum. & de cuius possessione non sit gaudendum. & qz h̄ tractatur in presenti libro ideo sic intitulat'. C Quinto videndum est de generali summa huius totius libri. ubi scidēdū q̄ boetius in hoc libro ostendit bona temporalia eē transitoria & non consistere totaliter in eis totalem uerā felicitatem. & per consequens non est dolendum de eoz absentia. nec gaudendum de eozum presentia. & neminem debere extolli in prosperis. nec deprimi in aduersis. Ostenditur etiam in presenti libro quid sit summum bonū ubi sit situm. & quomodo ad ipsum perueniatur. Etiam ostendit q̄ boni semper sunt potentes & mali semper sunt impotentes. & q̄ bonis nunq̄ desunt sua premia. malis nunq̄ sua supplicia. H̄ost hoc ostenditur quid sit diuina prouidentia quid casus. quid fatum. quid liberum arbitriū. Et ponit Boetius rationes quibus probat liberum arbitrium non posse stare cum prouidentia diuina. & ponit quorūdā falsam solutionē & eā improbat. H̄ostea ostendit uerā solutionē quā rationibus cōfirmat. Ista & alia plura pulchra determinantur in hoc libro sicut patebit in sequentibus.

Aditii Manlii Torqti Severini Boetii Or-
dinarii Patricii viri excelsus de cōsolatōe phi-
losophie liber primus incipit.



Ametrum primum.
Armina qui quondam studio
florete peregi:
Flebilis heu mestos cogor in-
re modos.



Armina qui quōdā. p̄s liber boetij p̄ia sui
diuisione diuidit̄ in q̄nqz p̄tes. s̄m q̄ ponit̄
quinqz libros p̄iales quos continet. In p̄lo
cōquerit̄ se miseris subiectū. In sec̄do ponit̄
remedia p̄solatiua. In tertio determinat de va-
felicitate in quo sit s̄ra et quō ad eā pueniat̄. In q̄rto mo-
uet quāsdā q̄ones ipsi p̄bie. In quinto determinat de ca-
su et p̄uidētia diuina. Primus liber incipit hic. Carmina
Secūdus liber incipit. ibi Post hec paulisp̄. Tertius ibi
Jam cantū illa finiuerat. Quartus ibi. Hec cum p̄bia.
Quintus ibi. Dixerat orationisqz cursū. Quid et de quo
 mo ergo cōmēdat etatē ātiquoz. Scđo nřaz etatē deplau
 git: ibi. Utinā modo. Primo dicit. prior etas nimirū felix
 fuit contenta fidelib' aruis. i. fideli agricultura: nec fuit
 pdita. i. deprauata. ferti luxu. i. graui supfluitate que etas
 solebat soluere. i. remouere. sera. i. tarda ieiunia facili glā
 de. i. vili fructu. nec illa etas nozat. i. nouerat. confundere
 .i. miscere bachica munera. i. vina. liquido melle ad faciē
 dū mellicratū sicut modo fit: nec etiam nouerat miscere. i.
 intingere. lucida vellera. i. albam lanam. serum. i. illoz
 populoz: tyrio veneno. idest sanguine conchilioz: quoz
 copia apud tyrum inuenitur ad faciendū purpureū colorē
 Verba dabat eis salubres somnos: non enim dormiebāt
 in lectis eburneis: sed in herbis et lubricis amnis. i. labil
 aqua: dabat eis potum. et pin' illa arbor altissima dabat
 eis vmbzas. idest vmbrosas habitationes. non enim i do
 mib' et in curiosis edificis habitabant. Non dum hospes
 aliquis existens secabat. i. diuidebat nauigando alta. i. p
 funda maris. qz adhuc non erat vsus nauū: nec mercib'
 vndiq; lectis. i. collectis. viderat noua litora. i. alienas
 terras: qz manebant in patria: tunc in illa etate tacebant
 terra classica. i. tube vel cornua vocantia homines ad bel
 lum. dicta classica a calo quod est voco: neq; cruor fufus
 acerbis odiss tinxerat. i. madidauerat horrida arma: quia
 tunc non erat vsus armorum: quid enī. i. ppter quid. ho
 sticus furor vellet prior arma mouere cū videret feua vul
 nera: nec videret vlla premia sanguinis: qz nihil erat pro
 quo pugnarēt. Nota circa hoc qz dicit prior etas quat
 tuor etates distinguūtur fm poetas. In prima fuerūt ho
 mines boni et simplices paucis pnti: qui comedebāt glan
 des bibebant aquā. non colebant vineas. hanc etatez vo
 cabant poete auream. et erat sub saturno. de qua Boetius
 loq' in lra. Scđa etas dicebat argentea que erat sub Jo
 uc cum hoies magis astuti inuenerūt agriculturam. et ce
 perunt inhabitare domos et plantare vineas. Tertiaz eta
 tē vocabant eneam. in qua homines ppter propriā curā
 rez ceperūt alios depellere: et sic aequaliter malitie dare
 Quartā etatē vocabant ferreā: qñ in tātū habūdabat ma
 licia et auaricia hoīuz: qz nec fides nec iustitia manest i ter
 ra: in q etate nos sumus: quā in fine Boetius deplangit
 Nota circa hoc qz dicit inertī luxu. qz inertia et ocīuz sūt
 cā luxurie vnde poeta. Ocīa si tollas periere cupidinis ar
 tes. Itē orati'. Querit egistus quare sit factus adulter.
 In pmpu cā est desidiōsus erat. Est at tripler luxuria
 ex de scholarium disciplina. quedam consistit in coitu: q
 dā in crapula: et quedam in vestitu: et quelibet est fugienda
 Nota circa h qz dicit: lucida vellera ser. seres sunt qdaz
 hoies apud quos conterit lana de arboribus. sīla ergo q
 a vermibus qui dñr bonbices opant: illa vocat h lucida
 vellera. Nota qz thyrus est vcrinis venenosus in cuius
 sanguine in tingitur purpura. Alii dicunt qz sit genus con
 chiliozum. in quoz sanguine intingitur purpura: quozuz
 conchiliozum copia inuenitur apud thirum in insula.
 Utinam modo nostra redirent.

In mores tempora prisicos:
 Sed senior ignibus ethne
 Feruens amor ardet habendi.
 Heu quis primus fuit ille.
 Auri qui pondera tecti
 Gemmasq; latere volentes
 Preciosa pericula fodit.

Utinam modo nostra redirent. Hic pbia deplangit pre
 sentem etatē dicens. Utinā nostra tpa. i. pditides. nostri
 tps redirent mō. i. redigerent. i. prisicos mores. i. i mores
 antiquos. sed heu non est ita: sed amor. i. desiderū bñdi.
 feruens scūoz. i. piculosior. ignibus ethne. illius montis
 ardet. Heu qz fuit ille q prim' fodit. i. effodit. pondera te
 cti auri. i. absconditi: et effodit gemas volentes latere que
 sūt preciosa picula: qz multi ppter eoz preciositatē picula
 incidunt. Nota Sen. in lib. de diuisione scientiaz com
 mendans priorē etatē dicit. O felix prior etas que tot ptu
 lit sapientes qb' velut stellis fulgentib' mūdi tenebras ir
 radiaret. sed heu nunc alii terrenis curis iseruiūt: alii tpa
 lis dignitatis ambitōe inardescūt oēs vere circa studiū
 sapie elanguescūt. Nota qz ethna est mons sicilie q fre
 quēter ignibus inardescit: ad cuius similitudinē hz se auari
 tia et cupiditas hoīuz que insatiabilis nūq; penitus extin
 guitur vñ Tullius in lib. de finib' bonoz et maloz dicit.
 Cupiditates hoīuz sunt isatiabiles que nō mō singulares
 s; vniuersas familias euertūt. Ex cupiditatib' n. odia se
 ditiones discordie bella nascuntur. ex quibus vitam ama
 rissimam necesse est effici.

Prosa sexta secundi libri.



Quid aut de dignitatib' potentiaq; disse
 ram: quas vos vere dignitatis ac ptatis
 inscū celo erequat. Que si improbi

mū quēq; ceciderit: que icēdia flāmis ethne eru
 ctuantib': qđ diluuiū tātas strages dederit. cer
 te: vti meminisse te arbitroz: cōsulare iperū: qđ
 libertatis picipiū fuerat: ob superbiam cōsuluz
 vestri veteres obolere cupierūt. Qui ob eandēz
 superbiam prius regiū de ciuitate nomē abstule
 rāt. At si qñ. quod per arum est probis honozel
 deferat. qđ i eis aliud qz probitas vtentiū placet
 Ita fit vt non virtutibus ex dignitate sed ex vir
 tutibus dignitatibus honoz accedat.

Prosa sexta libri secundi.



Quid aut de dignitatib'. Hec ē sexta prosa h'
 scđi. in qua pbia ofidit qz dignitates et ptates
 si sunt magnope appetende. Et prio pbat inē
 tū de dignitate et ptate sil. Scđo de ptate diu

sim ibi. Que vo. Tertio iterato sil de dignitate et ptate ibi
 Ad hec. Prio intendit rōnem talem. Illa non sunt mul
 tū appetenda que cū adueniūt malis faciūt deteriores: et
 bonos nō efficiunt meliores. sed dignitates et ptates hu
 iusmōdī sūt: sicut declarat i lra. igif ac. vñ dicit sic. Quid
 differā. i. dicā. de dignitatib'. qz p. potētia qz vos in
 scū. i. ignari. vere dignitatis et ptatis erequat. i. assimi
 latis. celo. i. sūmo bono q si ceciderit i quēq; improbiū
 .i. viciōsissimū q icēdia ethne illi' mōtis dederit tātas stra
 ges. i. picula flāmis eructantib'. i. erūtib'. et qz diluuiuz
 dederit tātas strages sicut illi mali qb' adueniūt dignita
 tes. q. d. plura mala pueniūt ex dignitatib' et ptatib' ma
 loz qz ex icēdio ignis vel diluuiō fluij. et subdit pbia.
 vti pro sicut arbitroz te meminisse vestri veteres. i. antigo
 res romani. cupierūt abolere. i. delere. iperū cōsulare. i. di
 gnitatē cōsulare pp supbiā cōsuluz: qđ ipiū cōsulare fuerat
 picipiū libertatis: qz romani liberius viuebant sub p
 libus

lib' q' sub regib' q' romani et pri' abstulerat de ciuitate
 nomē regū pp eadē supbia. i. regū. Et quo pz q' dignita-
 tes faciūt malos deteriores Si autem potestas et dignita-
 tes deserant pbis: qd' pax est: qd' in eis aliud placet di-
 gnitatis q' pbitas vtentiū. q. d. nihil ita fit. i. pp b' fit vt
 virtutib' nō accedat honor ex dignitate: s; honor accedit
 dignitatib' ex virtute vtentiū eis. et ita dignitates nihil bo-
 ni adiciūt ipsis bonis. **C** Nota duplex ē dignitas et pote-
 stas quedā mundana siue tpalis que p'sistit in bonis tpali-
 bus exteriorib'. et in tali nō p'sistit vera felicitas cū sit resp-
 sa multis amaritudinib'. Alia est dignitas et ptās aie siue
 spūitua q' p'sistit in sciētis et virtutib'. et illa nō pōt supari
 vitio nec aduersitatib' nec p'speritatib' in q' p'sistit b'itu-
 do et b'ā vita. **C** In Amb. in lib. de offi. dīc. Dico beatā vi-
 tā p'sistere in altitudine sapie. in suauitate p'scientie et in vtu-
 tis sublimitate. **C** Nota q' incij dignitates et ptātes mun-
 danas adequant celo: qz nō recte iudicant. iudicant enī s; p-
 cupiscentiā et nō fm rei veritate. impiti. n. velut a longe
 distātes a veritate speculāt p'io elencoz. **C** Nota q' ma-
 li dignitatib' et ptātib' p'cedit plus nocent q' ignis vel di-
 luuium aquarum: quia mali dignitate sua et ptāte extol-
 luntur in superbiam: alios iugo seruitutis opprimendo.
 pro quo erequēdo mouēt bella qb' humanū gen' pl' offē-
 dit q' igne vel diluuiō. **C** Nota q' ciuitas romana a ipe
 romuli sui conditoris a regib' erat gubernata: postea ro-
 mani erigēte malicia et supbia regū ipsos deleuerūt: et p'ua-
 les instituerūt qui et pp eoz supbia erāt abiecti. ex quo pz
 q' dignitas et ptās maloz eos effecit peiores. **C** Nota q'
 honor non debet alicui rōne dignitatis s; potius rōne vir-
 tutis. **C** In Arist. 4. ethi. Ad erit vitioz dignus honore pra-
 uis eris. virtutis enim p'miū honor est. vñ fm veritatem
 solus bonus est honorandus.

Que vō est ista vestra expetibilis ac preclara
 potentia. Nonne o terrena animalia cōsideratīf
 quibus presidere videamini. Nam si inter mu-
 res videres vnum aliquē ius sibi ac potestātē pre-
 ceteris vendicantē quāto mouereris cachinno:

Que vō est ista vestra. Sic pbat spāliter de ptāte q'
 non sit multū appetenda duabus rōnib'. scda ibi. Quid
 aut est. Rō talis est. Illa ptās non est multū appetenda q'
 non est magne et fortis reputatiōis sed tm̄ ē fragilis et im-
 becillus. sed ptās tpalis est hmōi: qz per eā homo nō pōt
 supra aiām: sed tm̄ supra corpus et sup ea bona que corpo-
 ris sunt. humano aut corpore nihil est imbecillius. Dicit
 ergo in lra. Que est ista vestra expetibilis. i. desiderabi-
 lis. ac preclara. i. nobilis potētia. q. d. nulla est: nōne con-
 sideratis terrena aialia quibus videamini p'sidere. i. p'ces-
 se. si enim inter mures videres vnum preceteris sibi ven-
 dicantem. i. v'surpātē. ius ac ptātē sup alios mures. o quā-
 to cachinno. i. risu tu mouereris. qz derisibile eēt. et talis ē
 ptās terrena. i. derisibilis que nō extēdit se nisi ad corpus.

Quid vō si spectes corpus ibecillius hoie repi-
 re qas: quos sepe muscularū quoqz vel morsus
 vel in secreta queqz reptantiū necat itr oitus.

Quo vō q' ius aliqd in quēpiam nisi in solum
 corpus et qd' est infra corpus: fortunā loquor: pos-
 sit erercere. Nunqd vñq' libero imperabis ani-
 mo. Nū mētē firma sibi rōne coherentē: de sta-
 tu pprie getis amouebis. Cum liberū quēdam
 virum supplicis se quidem tyrannus adacturū
 putaret: vt aduersum se facte conitrationis con-
 scios proderet: linguam ille momordit atqz ab-
 scidit. et in os seuiantis tyrāni abiecit. Itaqz cru-
 ciatus quos putabat tyrannus in materiam cru-

delitatis. vir sapiens fecit esse virtutis.

Quid vō si tu spectes. i. p'ideres. corpus imbecillius. i.
 debilius hoie. q. d. nihil. quos hoies sepe necat. i. interfi-
 cit. morsus muscularū. i. puoz vermiū. vel etiā introitus i
 secreta. i. in interiora hois. queqz reptantiū. i. serpentū
 quo vō. i. quō q' possit erercere ius aliqd in quēpiā nisi
 in solū corpus et in fortunā. i. in bona fortune que sunt in-
 fra corpus. q. d. nullo modo nunqd tu vnqz ipabis libe-
 ro aīo. q. d. non. nunquid tu amouebis de statu pprie ge-
 tis mētē sibi firma rōne coherentē. q. d. nō. et b' pbat erē
 plo cuiusdā p'bi: qui nullis tormētis ad hoc potuit cōpel-
 li vt illud faceret qd' rō naturalis iudicabat nō faciendum
 vñ dicit. Cū qdam tyrānus putaret se adacturū. i. cōpul-
 surum. supplicis quēdam liberū viz. i. p'bum vt ipse pro-
 deret cōscios facte cōiurationis aduersū se. ille liber hō lin-
 guā momordit atqz abscidit et abiecit eam in os. i. faciē se-
 uientis tyrāni. Ita illos cruciatus quos tyrānus putabat
 esse mās. i. cās crudelitatis. vir sapiens fecit esse mās vir-
 tutis: qz b' pro virtute non pro crudelitate ei reputatū est.

C Nota q' muscula ē diminutiū huius nōis musca. et per
 musculā dat intelligere quecunqz aialia venenosa vel ver-
 mes venenosos. et ab isto loco recepit auctor floz cū dicit
 debilius qd' sit mare quos nece muscula p'dit. **C** Nota q'
 aīus hois liber ē et cogi nō pōt. vñ Sen. Errat si quis ser-
 uitutē credit transire in totū hoīem. non enī trāsit in ani-
 mā. qz libertas est aīa. **C** Nota q' hō liber et p'tās nullis
 supplicis vinci pōt qz dicit Sen. in lib. de clementia. ma-
 gni animi ppriū est placidū esse et tranquillū: et iniurias et
 offēiones supbie despiciere. et. 28. eplā tringinta tyranni
 Socratē circūsteterūt nec potuerūt aiām eius infringere.

Quid aut est qd' in alium q' possit facere qd'
 sustinere ab alio ipse non possit. Busiridē acce-
 pimus necare hospites solutum ab hercule hos-
 pite fuisse mactatū. Regulas plures penoz
 bello captos in vincula coniecerat: sed mox ipse
 victozum cathenis manus prebuit. **C** Illā ne igi-
 tur eius hois potētiā putas: q' quod ipse in alio
 potest ne id i se alter valeat efficere nō possit.

Quid aut est. Sic p'bia ponit sedam rōnez que est talis
 Illa ptās non est multū appetenda: per quā nemo pōt fa-
 cere qd' alius non possit in ipsum qd' ipse pōt in alium: sed
 ptās tpalis est hmōi sicut in lra declarat ponens duo erē
 pla de busiride et Regulo. **P**rimū exemplū est de Busiri-
 de. Busirides fuit fili' Neptuni et matre libia q' hospites
 suos mactabat. Hercules aut apud ipsum hospitatus ipz
 ecōtra mactauit. **S**cdm exēplū est de regulo. **R**egulus
 fuit cōsul romanus qui cū multa bella ingessit cūz cartha-
 ginenfib' multos ex eis captiuauit: sed tandē ab eis fuit
 captus. Et quo pz q' q' pōt aliqz in aliū facere pōt et
 illd ab alio pati. **C** In Latho. **V**ictorē a victo et. per p'is
 nulla est potētia humana que b' intercipere non pōt. vñ
 dicit lra. **Q**uid est q' quisqz possit facere in alium qd' ipse
 non possit sustinere ab alio. q. d. nihil qd' declarat. **M**os
 accepimus. i. cognouimus. **B**usiridē solutum idest cōsue-
 tū necare hospites. ipsum fuisse mactatū ab hercule hospi-
 te sup. suo. **A**liud exemplum ponit. **R**egulus consul rō-
 nus plures penoz. i. cartaginēsiū captos bello coniecerat
 .i. posuerat in vincula. sed mox ipse prebuit manus cathe-
 nis victozum. idest cartaginensium. nunquid igitur vl-
 lam putas esse hominis potētiā qui non possit efficere
 ne alius valeat in se quod ipse potest in alio. q. d. nulla re
 putanda est hec potētia.

Ad hec si ipsis dignitatibus ac ptātib' inesset
 aliqd naturalis ac proprii boni. nunq' pessimis
 peruenirent. neqz enim sibi solent aduersa socia-
 ri. **N**atura respuit vt contraria queqz iungatur

Ita cum pessimos plerūq; dignitatibus fungi dubiū non sit: illud etiam liquet: natura sui bona non esse que se pessimis herere patiātur. Quod quidem de cunctis fortune muneribus dignius estimari potest que ad improbissimum quēq; vberiora perueniunt.

Ad hec si ipsis dignitatibus. Hic probat pbia simul de dignitatibus et p̄tibus: q̄ non h̄nt in se aliquod naturale bonū pp̄ qd̄ sunt appetende. sc̄do ostendit q̄ idem p̄t̄ concludi de oib; bonis fortuitis ibi. Postremo. primo. facit qd̄ d̄m̄ est. sc̄do ostendit falsam nominationem exteriorū bonorū ibi. De quibus etiam illud. R̄d̄ quā itēdit est illa. illud qd̄ in se naturaliter est bonū non p̄t̄ adiūgi pessimis. sed dignitates et p̄t̄es pessimis adueniūt. ergo et. maior declarat i lra. Uñ dicit. Si ipsis dignitatib; et p̄t̄ibus inesset aliqd̄ naturalis et pp̄riū boni: nunq; p̄uenirent pessimis. neq; n. aduersa. i. opposita solent sibi sociari. q̄ natura respuit. vt queq; contraria iungant. i. stent simul. cū ergo non sit dubium pessimos plerūq; fungi. i. vti dignitatibus illud et liquet. i. manifestū ē. ipsa nō esse bona sui natura que se pessimis patiānt herere. i. cōmanere. qd̄ qd̄ dem d̄m̄ de dignitatibus et p̄t̄ibus dignius p̄t̄ existimari de cūctis m̄erib; fortune. q̄. i. m̄era vberiora. i. copia forā p̄ueniūt ad quēq; improbissimū. Nota q̄ duplex ē bonum. vnū qd̄ p̄uertitur cū ente. et sic dignitates et p̄t̄es licet malis adueniant tñ sunt bone. Aliud est bonum qd̄ ē quedam qualitas derelicta ex bonis operationibus et vocatur bonum moris et sic dignitates et p̄t̄es bone non sunt. quia vt plurimum pessimis sociantur.

De quibus etiam considerandū puto. q̄ nemo dubitat esse fortem cui fortitudinē inesse cōspererit. Et cuiuscūq; velocitas adest manifestus est esse volocem. Sic musica quidem musicos: medicina medicos: rhetorica rhetores facit. Agit enī cuiuscūq; rei natura quod propriū est: nec cōtrariarū rerū miscetur effectib;: et vltro q̄ sunt aduersa depellit. Atq; nec opes inexpletam restringere auaritiā queunt. Nec potestas sui cōpotem facit quē vitiose libidines insolubilibus astrictum retinent cathenis. Et collata improbis dignitas non modo non efficit dignos: sed prodiit potius et ostentat indignos. Cur ita prouenit Gaudetis enim sese res aliter habētes falsis cōpellare nominibus: que facile rerum ipsarū redarguuntur effectū. Itaq; nec ille diuitie: nec illa potētia: nec hec dignitas iure appellari potest

De quibus etiam. Hic pbia pbat q̄ bona fortuita nō possunt in suū effectū. et sic p̄ h̄nt falsam denominationem arguēdo sic. Omne quod est naturaliter bonū efficit qd̄ ē ei pp̄riū et expellit p̄trariū. sicut fortitudo facit fortem. velocitas volocē: sed bona fortune non efficiunt qd̄ videtur esse pp̄riū quia diuitie non faciunt diuitē. cū non restringant auaritiā: nec potentia facit potētē: nec dignitas dignū: p̄pter qd̄ diuitie false noiant. Uñ dicit in lra. De qd̄ bonis fortuitis illud etiā puto. Considerandū q̄ nemo dubitat illū esse fortem cui cōspererit inesse fortitudinē: et illū esse velocem cuiuscūq; adest velocitas. et sic musica facit musicos medicina facit medicos: rhetorica rhetores. Natura enī cuiuscūq; rei agit qd̄ sibi est propriū: et non miscetur effectibus cōtrariarū rerū. et vltro idest sponte repellit que sūt aduersa. i. p̄traria. atqui pro certe nec opes. i. diuitie queunt. i. p̄t̄ restringere. inexpletam auaritiā hoīum. i. insatiabilem. nec p̄t̄s facit illum cōpotē sui. i. potentes. quē

vitiose libidines retinent astrictum insolubilibus cathenis. i. passionibus. et dignitas collata improbis non modo. i. nō tñ. non efficit dignos. sed prodiit et ostentat indignos. cur ita prouenit: q̄ bona fortune non efficiunt quod videtur eis pp̄riū. hoc est ideo. q̄ vos hoīes gaudetis res sese aliter habētes q̄ videantur compellere. i. denominare falsis nominibus que nominationes facile redarguuntur effectū ipsarū rerū. Itaq; nec ille diuitie iure p̄t̄ appellari cū nō faciunt diuitem: nec illa potentia: nec hec dignitas iure appellari potest. Nota q̄ diuitie non faciunt diuitem q̄ non restringunt auaritiā. nam diuitie s̄m̄ Senecā. 27. epla. sūt cōposita paupertas in lege nature. talis autē paupertas s̄m̄ legem nature excludit auaritiā quē insatiabilis est. Natura enim paucis contenta est. Nota q̄ dignitas improborum ostentat improbos: quia improbus tanto a pluribus cognoscitur quanto magis inotescit ei vitium: et quanto aliquis in maiori dignitate constituitur tanto plus cognoscitur: propter quod dicit. Sen. in proverbis loco ignominie apud idignū ē dignitas.

Postremo idem de tota fortuna concludere licet: in qua nihil expetendum. nihil nature bonitatis inesse manifestum est. que nec se bonis semper adiūgit: et bonos quib; fuerit adiūcta non efficit

Postremo idem de tota fortuna. Hic pbia ostendit idem posse concludi de oib; bonis fortuitis dicēs. Postremo idest finaliter. licet hoc idem concludere de tota fortuna. i. qua nihil est expetendū. i. desiderādū: nihil inesse sibi nature bonitatis. i. naturalis. manifestum ē: quē fortuna non adiūgit se semper bonis: et quibus fuerit adiūcta bonos non efficit. Nota q̄ bonum fortune facit illud bonum cui additur. sicut musica facit musicum: et virtus facit virtuosum. sed quia fortuna malos quibus aduenit non facit bonos. p̄ quia nihil nature bonitatis sibi inest: qualiter autem mali malos faciunt bonos patebit in quarto huius prosa sexta.

Admetrum sextum secūdi libri.

Nunimus quantas dederit ruinas.
Urbe flammata: patribusq; celsis.
Fratre qui quondam serus iterēpto.
Matris effuso maduit cruore.

Corpus et visu gelidum pererrans:
Ora non tinxit lachrymis: sed esse
Lensoz extincti potuit decoris.
Hic tamen scepro populos regebat.
Quos videt condens radios sub vndas.
Hæbeus extremo veniens ab ortu.
Quos premunt septem gelidi triones:
Quos nothus sicco violentus estu
Torret: ardentis recoquens arenas.
Celsa non tandem valuit potestas
Vertere præui rabiem Neronis.
Hæu grauem sortem quotiens iniquis.
Additur seto gladius veneno.

Admetrum sextum libri secūdi.

Nunimus quantas dederit ruinas. Istud ē sextum metrum huius secūdi: quod dicitur sapphicum ab inuatore: trochaicum a pede pre dominante: et est vndecasyllabum: quia quilibet versus continet. ii. syllabas et est acathalecticum: quia nulla syllaba deficit ad perfectionem metri. In quo metro philosophia declarat per erēplū q̄ dignitates et p̄t̄es malis aduenientes non faciūt eos bonos. et hoc declarat per Neronem qui quāto fuit potētiōr tāto fuit peior

fuit peior. tangit autē pbia quattuor malicias Neronis in hoc metro. Prima est qz urbem romanam incendit que arsit septē dieb' & septē noctib'. vt spectaculo illi' ignis cognosceret quantus olim fuerat ignis quando troia capta arserat. Secundū malum est qz Nero magnam partem senatus sine vlla causa interfecit. Tertium est qz propriuz fratrem occidit vt solus securius regnaret. Quartum ē qz matrem suā occidit fecit vt videret locum vētris i quo iacuit. Dicit ergo i lra. Nouimus quātas ruinas. i. quanta pericula dederit. Nero urbe. sup. romana flāmata. i. incensa. qz pro & celsis. i. occisis. patribus. i. senatoribus qui Nero quondam ferus idest crudelis. interempto fratre. ipse etiā maduit cruore matris effuso. & designans eius crudelitatem circa matrem dicit. & ipse. Nero perrans. i. transiens visu gelidum corpus. i. infrigidatum corpus matris. non tixit. i. madidauit: ora. i. faciem suā lachrymis. sed ipse potuit sine oibus lachrymis esse censor. i. iudex extincti decoris. i. interfecte matris qz decora fuit. tñ hic Nero licet ita malus esset regebat populos sceptro. i. imperiali dignitate. hos in quā populos rexit quos pheb'. i. sol veniens ab ortu extrēo. videt condens. i. abscondens. radios. suos sub vndas. & loquit more poetarū. q. d. ipse rexit omnes populos qz erāt ab ortu solis vsqz ad occasum. Similiter regebat populos quos septentriones. i. septem stelle que sunt in maiori vrsa que dñr triones. quasi teriones qz illā plagā terunt. gelidi. i. frigidi premunt. plaga enim septentrionalis frigida ē. q. d. regebat omnes populos aquilōares & istos regebat quos nothos. i. ille ventus collateralis austro violentus exis torret. i. cremat. sicco est. i. calore. nothos in quā recoquēs ardētes arenas. idest calidas. venit enim ille ventus a torrida zona. & ideo calidus est. q. d. Nero et regebat oēs pplos australes. & sic per quattuor plagas mūdi ostēdit eius p̄tatem sup oēs pplos. tandē celsa p̄tās. i. magna. non valuit vertere. i. mutare rabiem. i. crudelitatem prauī Neronis. Et tunc deplangit p̄iūctio. nē magne p̄tātis cuz magna malicia. qz multa mala ex ea p̄ueniūt dicēs. Deu sup. dico esse grauem sortem. i. euentum. quotiens iniquus gladius. i. iniqua p̄tās. addit seuo veneno. i. venenose crudelitati. Nota fm Arist. 5. etbia p̄cipatus viz ostēdit. malicia eni hoīs vel p̄bitas ostēditur p̄cipatu. sicut p̄z in Nerone: cui' malicia & crudelitas in impio sue dignitatis apparuit. pp qd dixit Arist. Seuissīma est iniustitia hñs arma. Et. 7. dicit Simile est igif comparare iniustitiā homini iniusto. est enim deterior bestia decies milies plura enim vtiqz mala faciet homo malus qz bestia. Nota preter hec mala Neronis que tanguntur in litera multo plura ipse perpetravit. nam dicit pbia tertio huius quinta p̄sa. Nero Senecam familiarē suū p̄ceptorem coegit ad eligendum mortis arbitriū. & qz Nero fuit crudelissimus hominum idēo. Seneca scripsit quēdā libellū ad ipz qui titulat liber de clementia. i quo hortat eū ad fugā crudelitatis: & ad vsum clementie qui libet sic incipit. Tibi scribere de clemētia Nero cesar istitui

Prosa septima libri secundi.

Am ego scis in quā ipsa minimum nobis ambitionem mortalium rerum fuisse dominatam. Sed materiam gerendis rebus optauimus: quo ne virtus tacita consenesceret. **P.**

Prosa septima secundi libri.

Am ego scis in quā. Incipit septima prosa huius secundi. in qua ostendit philosophia qz gloria mundana non sit multum appetenda. & primo inducit Boetium consententem se non desiderasse multum predicta scz p̄tates & dignitates nisi in quantum sunt materia rerum gerendaz. secundo ostendit pbia qz gloria sit pererile bonuz. & sit non multum appetenda. secunda ibi. At illa dicit primo. Tū pro tūc.

ego Boetius in quā. i. dixi. o pbia. tu ipsa scis ambitionem. i. cupiditatem rerum mortalium. de quibus dixisti minimum nobis fuisse dominatam. sed bene optauimus materiam rebus gerendis quo ne pro vt non. consenesceret in nobis virtus tacita. i. non excitata. Nota qz in sapiente si dominatur cupiditas rerum temporalium. qz pbia inducit mobilis affluentie contemptum ex lib. de plantis. Et So crates cū Athenis ad studiū p̄geret. magnum pondus aurum in mare proiecit dicens: mergam te ne mergar a te.

Nota qz materia rerum gerendaz sunt ista: sine quibus res p̄ueniēt gerī non p̄t. & sunt tria. sapientia. auctoritas. & potentia. Sine enim sapientia nihil conuenienter geritur vt de se patet. Res etiam gerenda auctoritate ornatur. qz homo autenticus libentius auditur & facilius ei creditur. Potentia vō mali dep̄rimuntur & boni extolluntur. hāc materiam Boetius desiderans potentiam & dignitates q̄ fuit. Nota qz Boetius materiam dignitatis & potestatis se quesuit ne virtus sua tacita consenesceret. idest nē dum ipse ad senectutem p̄ueniret. virtus sua tacita esset dum nullus aliquid loqueretur de laude sue virtutis vel scriberet. Tunc enim virtus tacita consenescit. quando nō agit aliquis vnde alii loquantur. & dum nihil scribitur de suis beneficiis. quia virtus habentem proficit. & opus ei' laudabile reddit.

At illa atqui hoc vnum est quod prestantes quidem natura mentes: sed nondum ad extremam manum virtutum perfectione perductas allicere possit: glorie scz cupido: & optimorum in rem publicam famam meritorum. Que q̄ sit exilis & totius ponderis vacua sic considera.

At illa atqui hoc vnum est. Hic philosophia ostēdit gloriam mundanam non esse appetendam. & primo premitit qz cupido glorie multos allicit. Secundo probat eam esse exilem & vanam ibi. Omnem terre ambitum. Primo dicit sic. Et quo Boetius quandoqz quesuit dignitates & potestates: ne virtus sua tacita consenesceret. videt qz ista propter laudem & gloriā quesuit: ideo dicit philosophia hoc vnum est. i. cupido glorie & fama optimorum meritorum in rempublicam: que fama possit allicere mentes hominum. natura prestantes. i. excellentes. sed nondum. i. si adhuc. perductas ad extremam manum perfectione virtutum. idest ad summā p̄fectionē: que fama & gloria q̄ sit exilis & vacua toti' p̄deris. i. p̄ciositatis. sic cōsidera ex sequētib'. Nota qz cupido vane glorie multos allicit & delectat. vñ Seneca. si. epistola dicit. Illud precipue nos impedit qz cito nobis placem'. si inuenim' qz nos bonos viros dicant qz prudētes: qui sanctos. non sumus modica laudatione cōtēti. quicqd in nos adulatione sine pudore cōgesserit tanqz debitum putamus: optimos nos esse sapientissimosqz affirmantib' assentim' cū sciam' nos sepe multa mentiri adeo quoqz indulgemus nobis vt laudari velimus in id cui cōtrariū maxime facimus. Nota qz duplex est bonitas mentis. i. naturalis & acquisita. Naturalis bonitas est fm quā aliqui naturaliter sunt pii mansueti sobrii & casti. sed hec bonitas si non emendat virtute & sapientia cito extollit hominem ad inanē gloriā. Alia est bonitas acquisita exercitio virtutum & scientiaz que nō permittit hominē extollī vana gloriā: qz sapiens fructū suuz ponit in cōsciētia. Stultus autem in laude fm Adacrobii Ideo dicit philosophia: qz cupido glorie allicit mētes natura prestantes. nondū. i. nō adhuc virtutibus p̄fectas.

Nota qz fama est frequēs laus optimorum meritorum in rempublicam. Sed gloria est clara noticia cum laude. vel gloria est late patens preconium. i. annunciatio.

Omnē terre ambitū: sicuti astrologicis demonstrationibus accepisti: ad celi spaciū puncti constat obtinere rationem: idest vt si ad celestis glo-

bi magnitudinem conferatur: nihil spacii proxi-
habere indicetur. Quibus igitur tam eriguit in mū-
do regiōis: quarta fere portio est: sicut ptolomeo
probante didicisti: que a nobis cognitā animan-
tibus incolatur. Quic quartē si. quantā maria
paludesq; premunt. quantumq; siti vasta regio
distenditur: cogitatione subtraheris: vix angustis
fima inhabitandi hominibus area relinquetur.
In hoc minimo igitur puncti quodam pūcto cir-
cunsepti atq; conclusi de peruulganda fama d
proferendo nomine cogitatis. Ad quid h3 am-
plum magnificumq; gloria tam angustis eriguit
q; limitibus artata:

COmniem terre ambitum. Hic philosophia ostendit glo-
riam mundanam esse exilem: nec multum appetendam.
Primo ostendit hoc ex parte spacii in quo dilatatur. Secū-
do ostendit hoc ex diuersitate nationū ad quas non diuul-
gatur. Tertio ostendit idem ex diuersitate morum propter
quos de eodem contrarie iudicatur. Quarto ostendit idē
ex breuitate durationis propter quā non perpetuatur. se-
cunda. ibi. Adde q; hoc. tertia. ibi. Quid q; diuersarum.
quarta. ibi. Sed q; multos. Primo intendit talem ratio-
nem. Latitudo fame consistit in latitudine terre super quā
dilatatur. sed terra non est lata super quā fit dilatatio fa-
me: sicut declarat in littera. ergo fama late non potest dis-
fundī. et per consequens est exilis nec multum appetenda.
Unde dicit in littera. Tu accepisti. i. didicisti astrologica
demonstrationibus omnem ambitum terre. idest spacium
idest ad magnitudinem celi. quod magis exponens dicit
ut si terra conferatur. i. comparatur ad magnitudinem
celestis globi: ipsa iudicet proxius nihil spacii habet. hu-
ius igitur tam eriguit regionis. idest terre in mundo. fere q̄r-
ta portio. i. quarta pars est que incolatur. i. inhabitat ab
animantibus nobis cognitā. sicut tu didicisti a ptolomeo
hoc probante. si subtraheris cogitatione. huic quartē par-
ti terre q̄tus maria et paludes premunt. idest occupant. et
quantum vasta idest ampla regio. distenditur siti. idest sic-
citate. tunc vix relinquetur hominibus angustissima area
i. arctissimus locus inhabitandi. in hoc ergo quodam mi-
nimo puncto puncti. idest minima portione terre. vos ho-
mines circunsepti atq; conclusi cogitatis de peruulganda
fama. de proferendo. i. extollendo. nomine. idest fama. et
hoc fit inutiliter. sed quid habeat. idest potest habere. glo-
ria amplū. q; pro. et magnificum que artata est tam angu-
stis et eriguit limitibus. idest terminis. q. d. nihil habet ma-
gnificum. **C**Nota q; terra respectu celi nō est alicuius quā-
titatis sensibilis. sed habet se sicut punctus. quia orizon q
terminat visum nostrum diuidit celum in duo media. qd
non esset si terra in comparatione ad celum haberet aliq̄s
quantitatem. **C**Item si terra esset alicuius quantitatis se-
sibilis respectu celi. tunc stelle nō semper apparerent no-
bis eiusdem quantitatis. quod patet falsum. Quia in ea
parte vbi terra esset magis gibbosa et propinquior celo ap-
parerent stelle maiores: et opposita parte minores. **C**Itē
minima stella fixa visu notabilis est maior tota terra. si er-
go talis stella apparet nobis ieristentibus in terra sicut
punctus: multo magis terra respectu celi erit sicut punctus.
CItem punctus est quoddam indiuisibile: a quo linea eq̄-
liter distans facit circulum et quia celus ex omni parte eq̄-
liter distat a terra: ideo terra respectu celi habet se sicut pū-
ctus. **C**Nota q; tres partes terre sunt inhabitabiles. vna
propter nimium calorem: due propter nimium frigus. sed
quarta pars que est temperata in caliditate et frigiditate a
nobis inhabitatur. sed quia adhuc non tota inhabitatur
propter maria et paludes: et propter nimiam siccitatem. id

dicit philosophia q; quarta pars fere est habitabilis. vel
dicit fere fm alios. quia estus solis non facit torridam 30
nam totaliter inhabitabilem. cum quedam ciuitas dicta
zenit supra quas ptolomeus dicitur fundasse astrolabius
directe sit sub equinoctiali. sed dicitur inhabitabilis. quia
est grauis inhabitationis. sed vltra equinoctialem omni-
tio est inhabitabilis: propter nimium calorem. **C**Itē vi-
dit quartam partem terre inhabitari ab animantibus no-
bis incognitis. hoc forsitan dicit propter antipodes si sunt
qui nobis sunt ignoti.

CAdde q; hoc ipsum breuis habitaculi septū plu-
res incollunt nationes. lingua: moribus: totius vi-
te ratione distantes: ad quas tamen difficultate
itinerum: tum loquendi diuersitate: tum com-
mertii insolentia: non modo fama hominum sin-
gulozum: sed ne vrbium quidem peruenire q̄at.
Etate deniq; Marcii Tullii: sicut ipse quodam lo-
co significat: nondum caucasum montem roma-
ne reipublice fama transcēderat. et erat tūc adul-
ta: parthibus etiam ceterisq; id locorum gentibus
formidolosa. vides ne igitur q̄ sit angusta: q̄ cō-
pressa gloria. quam dilatare ac propagare labo-
ratis. An vbi romani nominis transire fama ne-
quit romani hominis gloria progredietur.

CAdde q; hoc ipsum breuis habitaculi. Hic philosophia
ostendit gloriam non esse appetendam ex diuersitate natio-
num ad quas non diuulgatur intendens talem rationem
Diuerse nationes et diuersa idiomata non solum impediūt
promulgationem fame hominum. sed etiam vrbium: sed
in terra habitabili sunt diuerse nationes diuersorum idio-
matum: ergo promulgatio fame per talia impeditur: et
per consequens non est multum appetenda. vnde dicit in
littera. Adde predictae rationi q; hoc ipsum septum. i. spa-
cium breuis habitaculi. idest parui spacii. in quo nos ha-
bitamus. incolunt: idest inhabitant. plures nationes. idest
gentes. distantes idest differentes. lingua. idest idiomate
et moribus et ratione totius vite. idest ratione modi viuē-
di. ad quas non potest peruenire. non modo. idest non tā-
tum fama singulozum hominum. sed etiam nec fama vrbium.
tum idest tam difficultate itinerum. idest viarū. tū
idest tam diuersitate loquendi idest idiomatum. tum. idest
tam insolentia. idest in consuetudine commertii. quia aliq
homines non consueuerunt cum aliis communicare i co-
mertii. quia etate. idest tempore. Marcii Tullii. sicut ipse
marcus tullius significat. quodam loco. idest in quibusdā
suis scriptis. fama romane reipublice nondum transcē-
derat caucasum montem. et tamen fama romanorum erat
adulta. i. ab antiquo nota. etiam formidolosa parthibus. ta-
libus hominibus. et ceteris gentibus. i. locorum circa cau-
casum montem. vides ne igitur q̄ angusta sit gloria q̄
compressa. idest in modicum redacta. quam laboratis di-
latare et propagare. an pro nunquid. gloria vnius homi-
nis romani illuc progredietur. idest prouēiet. vbi fama ro-
mani nominis. idest romane vrbis nequit transire. q. d.
non. **C**Nota partem terre habitabilem vocat septum. q;
est septa circumdata mari. Unde linconiensis in tractatu
suo de spera. et etiam Macrobius dicit q; quarta portio
nostra habitabilis vndiq; cingitur mari. **C**Nota q; info-
lentia fm senecam est species false magnitudinis: sed fm
huguitionem insolentia est superbia vel fatuitas. in pro-
posito autem potest exponi pro inconsuetudine. et tunc di-
citur ab in quod est nō. et soleo quod est consueco. **C**Nota
q; caucasus est mons quidam situs in parte septentrio-
nis ad quem non peruenerat fama romane vrbis. h3 par-
thibus et aliis gentibus assidentibus fama romanorum erat
formidolosa

formidolosa. idest formidabilis.

Quid q si diuersarum gentium mores inter se atq instituta discordant: ut quod apud alios laude: apud alios supplicio dignum iudicetur. Quo fit ut si quem fame predicatio delectat: huic plurimos populos nomen pferre nullo modo conducatur. Erit igitur puagata iter suos gloria quisq contentus: et intra vnius gentis terminos preclara illa fame immortalitas coartabitur.

Quid q si diuersarum. Hic ostendit gloria mundana esse exlem ex parte diuersitatis morum. pp quos de eodem apud diuersos contrarie iudicatur. et intendit talem rationem Contrarietas institutionum et legum impediunt fame dilatationem. sed hoies contrariarum institutionum et legum terram inhabitant. ergo diuersitas institutionum et legum impediunt dilatationem fame. et p consequens non est multum appetenda. Uti dicitur in littera. Quid supple est iudicandum q mores et instituta et leges diuersarum gentium inter se discordant ut illud qd apud alios iudicatur dignum laude. apud alios iudicatur dignum supplicio. quo fit. i. pp quod. ut si predicatio. i. dilatatio fame delectat quem. i. aliquem nullo modo conducatur. i. laboriet. pferre nomen. i. famam suam. in plurimos populos. qz licet ab aliquibus laudaretur ab aliis tamen vituperaretur. Erit igitur quisq contentus gloria puagata. i. dilatata inrer suos: et illa preclara immortalitas fame: et loquitur ironice: qz non est preclara: nec immortalis illa coartabitur. idest constringet intra terminos vnius gentis. idest vnius idiomatici. **N**ota q tanta est diuersitas morum in gentibus q illud quod reputatur apud alios laudabile. apud aliquos reputatur vituperabile reputatur. n. apud syrios laudabile comedere parentes mortuos: ne comedant a vermibus in terra: qd apud alios extraneos est execrabile. similiter apud iudeos reputatur laudabile ducere vxores consanguinitate proximam qd apud christianos prohibetur. Itē in triuallia laudabile est occidere patrem sexagenarium et cremare ipsum: qd apud alios est vituperabile Unde dicit poeta. Sunt loca sunt gentes: quibus est mactare parentes. et phas. et pietas dum longa superuicit etas.

Sed q multos clarissimos suis temporibus viros scriptorum inops deleuit obliuio. Quamq quid ipsa scripta proficiunt que cum suis auctoribus premit longior atq obscura vetustas.

Sed q multos clarissimos. Hic philosophia ostendit exilitatem glorie ex breuitate durationis propter quam non perpetuatur. Et diuidit in tres partes. Primo ostendit hoc ex hominum obliuione. secundo ex temporis breuitate. ibi. vos vero. tertio. ostendit gloriam a viris virtuosis non esse appetendam. ibi. Vos autem. Primo dicit q fama et gloria non sunt immortalis. patet qz q multos viros clarissimos. idest gloriosos suis temporibus deleuit inops. i. defectuosa obliuio scriptorum. qz et ipsa scripta proficiunt quid. i. par. q scripta longior. i. obscura vetustas temporis premit. i. consumit. cum suis auctoribus quorum sunt scripta. **N**ota q p scripturas fama gestorum transmittitur. ad posterum. talis aut scriptura in se vetustate consumatur. Et ideo fama et gloria in obliuione perueniunt. Uti Salustius in cathilinario conqrit res gestas romanorum minus esse famosas pp inopiam scriptorum. atheniense suum vero maioris fame qz romanorum pp scriptorum copiam

Vos ergo immortalitatem vobis ppagare videmini: cum futuri famam temporis cogitatis quod si ad eternitatis infinita spacia protrahes. qd habes quod de tui nominis diuturnitate leteris. Vnius enim hora momenti si decem milibus conferatur annis: quoniam vtrumqz spaciuz diffi-

nitum est: minimam lz: habet tamen aliquam portionem Et hic ipse. numerus annorum eiusqz quantumlibet multiplex ad interminabilem diuturnitatem nec comparari quidem potest. Et. n. si finitis ad seiuicē fuerit quedam: infiniti vero atqz finiti nulla vnq poterit esse collatio. Ita fit ut quantumqz pluri temporis fama si cum inexhausta eternitate cogitet. non pua lz plane nulla esse videatur

Vos ergo immortalitatem vobis. Hic philosophia ostendit famam et gloriam non esse durabilem et immortalem ex temporis breuitate dicens. vos ergo homines videmini vobis ppagare. i. facere immortalitatem. cum cogitatis famam futuri temporis. et in hoc frustra cogitatis. qz exilis est duratio fame p tempus. quod. i. tempus si protrahes. i. compares. ad infinita spacia eternitatis quid habes q leteris de tui nominis diuturnitate. id est tue fame. q. d. nihil est. etenim mox vni momento si conferatur. i. comparetur. io. milibus annis habz aliquam proportionem. licet minimam. i. valde parua. quoniam vtrumqz spaciuz temporis est diffinitum: sed hic numerus annorum. i. io. milia vel eius numeri quantumlibet multiplex sicut duplum vel triplum non potest comparari ad interminabilem diuturnitatem que est eternitas. etenim pro qz finitis ad seiuicē fuerit quedam collatio. idest comparatio. Infiniti vero et finiti nulla vnq poterit esse collatio. i. comparatio. Ita fit ut fama temporis quantumcunqz proluxi si cogitet comparando cum inexhausta. idest infinita eternitate. ipsa videatur non parua lz plane nulla esse. **N**ota q omne qd incipit in tempore necessario habet finem in tpe. cum tempus sit causa corruptio nis temporalium. 4. ethi. cum igitur fama sit temporalis incipiens in tempore ipsa desinet in tpe. et p qis non est perpetua.

Nota q tempus quantumqz magnū comparatum ad eternitatem minimū reputatur. et quasi nullius momenti. licet enim finitū ad seiuicem possit esse comparatio et inter ipsa potest esse proportio: tamen finiti ad infinitum nulla potest esse comparatio. Cum igitur eternitas sit duratio infinita tota simul etis: et tps quantumqz magnū sit finitū. tempus nullā habeat proportionem ad eternitatem: et per consequens fama quantumcunqz proluxi temporis comparata ad eternitatem nulla videtur esse.

Vos autē nisi ad populares aures inanesqz rumores recte facere nescitis: et relicta conscientie virtutisqz pstantia: de alienis premia postulatis sermunculis. Accipe in hmoi arrogantie leuitate q festiue aliquis illuserit. Nam cum quidam adorsus esset hominem contumeliosus qui non ad vere virtutis usum: sed ad superbam gloriam falsum sibi philosophi nomen induerat: adiecissetqz iam se sciturus an ille philosophus esset: si quidem illatas iniurias leuiter patienterqz tolerasset. Ille patientiam paulisper assumpsit: acceptaqz contumelia velut insultans. iam tandem inquit intelligis me esse philosophum: Tam ille nimis mordaciter intellexeram inquit si tacuisses.

Vos autē nisi ad populares aures. Hic philosophia ostendit gloriam a viris virtuosis non esse curandam. et hoc duabus rationibus. secunda ibi. Quid autē est. Prima ratio est illa. Illud quod spectat ad leuitatem arrogantie a sapientibus non est curandum. sed gloria propter quam homo recte facit pp laudes hominum illa spectat ad leuitatem arrogantie. et est digna derisione. ergo. et. Quod aut talis arrogantia sit quedam derisio declarat in littera. et dicit. Vos homines nescitis recte facere. nisi ad populares aures. idest ad popularum complacentias et ad inanes rumores. et laudes. et vos postulatis. idest desideratis. premia de sermunculis

alienis relicta. i. postposita. p̄stātia. i. dignitate v̄se p̄scie
 & virtutis. pp̄ quā deberetis recte opari. & accipe. i. p̄sidera
 quā festine. idest gloriose. aliquis illuserit. idest deriserit
 quendam dicentē se eē philosophū in leuitate h̄mōi arro-
 gantie. Nam cūz quidā tyrannus esset adorsus cōtumeliis
 idest incepisset alloqui contumeliose quendam hominem:
 qui induerat. idest vsurpauerat. sibi falsum nomen philo-
 sophi non ad v̄sum vere virtutis. sed ad superbam gloriā
 & tyrannus adieciisset. idest dirisisset. se iam sciturum an iste
 esset philosophus. si quidez illas sibi iniurias patienter
 leuiterq; tolerasset. ille qui dixit. se p̄bm̄ plaulisq; patientiā
 assumpsit. s. in principio. qz pro q. accepta. p̄tumelia a ty-
 ranno velut sibi insultans inquit ad tyrannum. intelligis
 ne me esse p̄bz. tunc ille tyrannus mordaciter inquit. intel-
 leram te p̄bm̄ esse si tacuisses. **C** Nota s̄m̄ cōmentatorē
 in prologo. s. p̄bisco. verus p̄bs̄ debet esse p̄fectus oibz
 generibus virtutum & per q̄s debet esse magnanimus.
 Sed s̄m̄ senecā in libro de clementia. magnanimi est iniu-
 rias & offensiones sup̄bi desp̄icere. & per consequens ver-
 bis cōtumeliosis prouocari non debet Item p̄bi est non
 vinci a passionibus sed potius debet moderare & refrena-
 re passiones. cum virtus consistat in moderatione passio-
 num. v̄ Arist. 4. ethicoz dicit. Adansuetus vult ipertur-
 batus esse & non duci a passione. Unde quidā p̄bs̄ con-
 tumeliose sibi insultanti dixit. Tu didicisti maledicere. s̄
 ego didici maledicta contemnere.

Quid autēz ē quod ad precipuos viros. de his
 enim sermo est: qui virtute gloriā petunt: quid
 inq̄ est quod ad hos de fama post resolutū mor-
 te sup̄rema corp̄s attineat: Nam si qd̄ nostre ra-
 tiones credi vetant toti moriuntur homines: nul-
 la est oīno gloriā. cum is cuius ea esse d̄r non ex-
 tet omnino. Sin vero bene sibi mens conscia ter-
 reno carcere resoluta. celum libera petit: nonne
 omne terrenum negocium spernet: Que se celo
 fruens terrenis gaudet exemptam.

Quid autem est quod ad precipuos viros. Hic p̄bia p̄tē
 secundam rōnem q̄ talis est hoīes virtuosū vel totalit̄ mori-
 unt̄ corp̄e & aīa. vel aīa viuūt post mortē. si totalit̄ moriū-
 tur nihil spectat ad eos de gloria post mortē. si aīa eoz v̄
 uit post mortem. illa petit celum spernens omne terrenū
 negocium & sic nihil ad eam de terrena gloria ergo apud
 virtuosos hoīes nulla debet esse cura de glia. Dicit ergo
 in l̄sa. quid est qd̄ ad precipuos. i. ad virtuosos viros at-
 tineat de fama post resolutū corpus extrema morte. q. d.
 nihil de his enim viris est sermo noster. qui p̄tūt. i. que-
 runt gloriā virtute. i. operibus virtuosis. Nam si hominē
 toti moriūnt̄ corpore & aīa vt quidā putāt. Qd̄ tamē no-
 stre rōnes. i. p̄bice rōnes. vetāt. i. prohibent credi. qz s̄m̄
 p̄biaz aīa intellectiua est immortalis: nulla est oīno gloriā
 post mortē. cū iste oīo nō extet. i. non sit cui? ea glia eē d̄i-
 citur. Sin v̄o mens bene sibi conscia. i. illesa. resoluta. i.
 liberata. terreno carcere. i. a corpore post mortē. libera pe-
 tit celum. nonne ipsa aīa que celo fruens gaudet se exem-
 ptam terrenis ipsa spernet omne terrenum negocium & p̄
 consequens terrenam gloriā. q. d. sic. **C** Nota qz ad vir-
 tuosos nihil spectat de fama nec in p̄senti vita nec in futu-
 ra: nō in presenti. quia dicit seneca in puerbiis. Quāplu-
 rimi curant famā pauci autem conscientiam tales pauci
 curantes conscientiam sunt virtuosū & p̄bi de quibus loq-
 tur Boetius in fine tractatus de sūmū bono dicens. Pau-
 ci sunt viri honorandi sicut philosophi qui contēnūt de-
 siderium sensus & sequunt̄ desiderii intellectus. Plurimi
 autem sunt qui curāt famā. sicut sunt vulgares qui relicta
 virtute conscientie propter laudes hoīm recte faciūt de q
 bus dicit scriptura. Amen dico vobis receperūt mercedē
 suā. Nec etiā fama spectat ad viros virtuosos in futura vi-

ta qui virtuosū si totalit̄ moriuntur nihil ad eos de fama
 Si autem anima viuūt post mortē ista euolat ad celū & ni-
 hil curat de fama. spernet omne terrenum negociū. & po-
 tius gaudet quia est exempta a curis terrenis & gaudio ce-
 lesti ifruitur in eternum.

C Adetrum septimum secundi libri.



Quicumq; solam mente precipiti petit
 Summumq; credit gloriā.
 Late patentēs etheris cernat plagas
 Artumq; terrarum situm:

Breuem replere non valentis ambitus
 Pudebit aucti nominis.

Quid o superbi colla mortali iugo.

Frustra leuare gestiunt.

Licet remotos fama per populos means

Diffusa: linguas explicet.

Et magna titulis fulgeat claris domus:

Adors spernit altam gloriā.

Inuoluit humile pariter & celsu m caput:

Equatq; sūmmis infima.

Abi nunc fidelis ossa fabricii manent.

Quid brutus aut rigidus catho:

Signat superstes fama tenuis pauculis

Inane nomen litteris.

Sed quid decorat nouimus vocabula.

Nam scire consumptos datur.

Facetis ergo proflus ignorabiles

Nec fama notos efficit.

Qd̄ si putatis longius vitam trahi

Mortalis aura nominis.

Cum sera vos rapiet hoc etiam dies

Jam vos secunda mors manet

C Adetrum septimum secundi libri.

Quicumq; solam mente precipiti petit. Hic incl-
 pit metrum septimū hui? scdi qd̄ d̄r archiloq
 cuz ab inuētoze. iambicū a pede p̄d̄nante. &
 cōstat ex primo versu trimetro & secundo dime-
 tra. in quo metro p̄bia docet quō gloriā sit cō-

tēnēda ex cōsideratiōe amplitudin̄ celi & strictitudis ter-
 re dicens. Quicumq; petit: idest desiderat p̄cipiti mente so-
 lam gloriā. & credit istam esse summū. i. p̄cipitium inter
 appetenda. iste cernat. i. consideret. plagas etheris. i. p̄tes
 celi. late patentēs. & cernat artū situm terraz. idest strictus
 spaciū terre in comparatiōe. ad celum. ille. pudebit. i. vere
 cundabitur aucti nominis. idest aucte fame sue. non valen-
 tis. replere breuem ambitum. idest paruū spaciū terre:
 Et tūc exclamat dicens. O propter hoc. miror. quid idest
 propter quid. superbi gestiunt. idest cupiunt. frustra leua-
 re. idest extollere. colla sua mortali iugo. idest mortali fa-
 ma. licet enim fama diffusa means. idest transiens p̄ remo-
 tos populos explicet se linguas. idest per linguas populo-
 rum. & licet magna domus tua. idest nobilis parentela. vt
 familia fulgeat claris titulis. idest laudibus tamen mors
 spernit altam gloriā. & mors pariter idest simul inuoluit
 humile caput. idest miserum hominem & celsū. i. nobilem
 vel diuitem & mors equat infima sūmmis nulli parcen-
 do quod declarat. dicens. Abi nunc manent ossa fidelis
 fabricii. quid Brut? rigid? aut Catho: supple ē. q. d. qd̄
 manet de gloria eoz post mortem: utiq; modicū. s. illud
 manet quod tēns fama. i. exilis sup̄stes. i. manēs. signat
 inane nomē eoz pauculis litteris scriptis i epigraphis. sed
 qd̄. i. ad qd̄. nouim? decora vocabula scripta. nūquid in-
 telligē p

intelligit p ea ipsos esse cōsumptos. i. mortuos. q. d. imo Ja
 cetis ergo mortui prozsus ignorabiles nec fama efficit
 vos notos: Et qz aliqs diceret licet ipsi sint mortui corpo
 re. tñ vivit fm famā. dicit. pbia. Si putatis vitā vestram
 longius trahi. i. plonari. aura mortalis nois. i. splendo
 re mortal' fame cū. sera. i. vltima dies. vobis. hoc rapier.
 i. famam auferet. iā vos manet. i. expectat. secūda mors
 q. d. si estis prius mortui corpe. i. fama manens est vita
 vestra. illa cessante. secundario moriemini. ¶ Notandū
 fabritius. fuit p̄sul romanus qui cum mitteret pugnare
 pirrum regem epirotaz. rex promisit sibi ptem regni sui
 ut transfiret ad ipm: qd fabritius cōtēpfit sequēti ānopir
 obulit sibi magnā pecuniam auri. ut traderet sibi roma
 nū impiū. cui ait fabriti'. ¶ Roma nō vult aux s; vult im
 pare habentib' aux. pp hoc ipse dicitus fuit fidelis fabriti
 us. Dicit etiaz de fabritio. qz cū qdā ad eū venisset p̄mit
 tens se p̄tuz regē occisuz. si fabriti' sibi pecuniā aliquā
 dare vellet. Ipse vō fabritius hunc traditorē ligatū misit
 ad pirrum p tali scelere puniendū cui tūc p̄tuz dixit. ¶ Do
 sibiilius est solē a suo tramite deuiare qz fabritius a via re
 cte rōis discedere. ¶ Nota qz brutus fuit p̄m' p̄sul ro
illa que prenoscit esse futura. ipse soluit dicens. Ego respō-
debo te posse deflectere. ideest mutare propositum tuum.
sed veritas prouidentie illa intuetur illud te posse. s. mutare
propositum. et an facias quod propositum mutes. et intuetur quo
conuertis tuum propositum. ideo scias te non posse vitare diuinam

prescientiam sicuti quantum libera voluntate te conuertas
in varias actiones tu non possis effugere intuitum presen-
tis oculi. **N**ota quod licet homo possit mutare propositum
suum per hoc tamen non effugit prescientiam diuinam quod
deus illam mutationem prenoctat: posito enim quod deus
preuideret te cras iturum ad forum quantum possis non ire
et proponas non ire. non tamen non ibis quod deus prouidet si
mul et propositum et potestatem non eundi. et mutationem
propositi et actionem eundi: et ideo non potes aliquo modo
effugere eius prescientiam.

Quid igitur inquires. **E**x mea ne dispositione
scientia diuina mutabitur: ut cum ego nunc hoc
nunc aliud velim. illa quoque noscendi vices alter-
nare videatur. **R.** Ad inime. **P.** Omne nam-
que futurum diuinus precurrit intuitus: et ad presen-
tiam proprie cognitionis retorquet ac reuocat: nec
alternat: ut tu estimas: nunc hoc nunc illud preno-
scendi vices: sed vno ictu mutationes tuas ma-
nens preuenit atque complectitur. quam compre-
hendendi omnia visendi quoque presentiam: non ex
futurarum prouentu rerum. sed ex propria deus
simplicitate sortitus est. ex quo illud quoque resol-
uitur quod pauloante posuisti: indignum esse si
scientie dei causam futura nostra prestare dicantur.
Nec enim scientie vis presentaria notione
cuncta complectens. rebus omnibus modum ipsa
constituit: nihil vero posterioribus debet.

Quid igitur inquires. **E**x mea ne dispositione scientia.
Hic mouet dubitationem dicens. Tu forte inquires. Quid
igitur contingat ex ista solutione: mutabitur ne scientia diuina
ex mea dispositione. i. ex mea variatione. s. cum ego nunc
velim hoc nunc aliud videtur ne prescientia diuina ex hoc
alternare. ideest mutare vices suas noscendi. ideest cognosce-
di: ipse respondet. minime contingit hoc quod diuina scientia
mutetur. quod diuinus intuitus precurrit omne futurum et
retorquet illud ad prescientiam proprie cognitionis cognosce-
do omnia simul tanquam presentia. nec alternat. ideest mutat
vices suas prenoscendi. ideest precognoscendi nunc hoc nunc
illud. scilicet successiue sicut tu estimas. sed manens libera a
mutatione vno ictu preuenit. et complectitur tuas mutatio-
nes. quam presentiam comprehendendi omnia tanquam presentia
deus non sortitur ex rebus futuris. s. ex propria simplicitate. ex
quo resoluitur. ideest declaratur illud quod pauloante po-
suisti. s. indignum esse si futura nostra dicantur prestare cau-
sam scientie dei. vis. ideest virtus enim scientie diuine cum
tra complectens presentialiter. ipsa constituit. ideest imponit.
modum omnibus rebus. quod scientia dei est causa rerum. ipsa
vero nihil debet ipsis rebus quod nihil ab eis accipit sicut nos
accipimus scientiam a rebus. **N**ota si deus simul non
cognosceret ea que successiue eueniunt in tempore: tunc scien-
tia dei esset variabilis. pro hoc cogitatione vnius succede-
ret cognitio alterius. sed quod omnia simul cognoscit tanquam
presentia ideo in sua scientia non cadit variatio: ut prius
nesciat esse alicuius et postea sciat. vel quod prius sciat hoc si
esse et postea esse. immo simul omnia cognoscit. et ideo sicut scit
aliquid non esse in vna differentia temporis mensurantis
rem et esse in alia differentia temporis.

Que cum ita sint: manet intemerata mortali-
bus arbitrii libertas. **N**ec inique leges solutis
omni necessitate voluntatibus premia penasque pro-
ponunt. **A**d anet etiam spectator desuper cuncto-
ram prescius deus: visionis quoque eius presens sem-
per eternitas cum nostrorum actuum futura quod

tate scurril bonis premia malis supplicia dispē
sans. Nec frustra sunt in deo posite spes preces
qz que cum recte sint: inefficaces esse non possūt.
Que cum ita sint: manet itemerata mortalibus arbi. rē
Hic cōcludit ex premissis compassibilitatē liberi arbitrii
cū p̄scientia diuina dicens. Que cum ita sint ut predictuz
est manet libertas arbitrii intemerata. i. incorrupta. Nec
leges proponūt hominibus penas 7 premia inique. idest
iniuste voluntatibus nostris solutis. idest liberatis ab om
ni necessitate. manet etiam inmodiliter deus p̄sciens cū
ctorum. 7 p̄sens eternitas sue visionis concurrat cum fu
tura qualitate. s. bonitate 7 malicia nostroruz actū dispē
sans. idest distribuens bonis premia 7 malis supplicia.
nec frustra sūt posite preces 7 spes in deo. que nō possūt eē
inefficaces cum sint recte. Nota ex quo propter liberū
arbitrium possunt res sic 7 aliter euenire non iniuste bōis
premia 7 malis supplicia proponūt. nec spes 7 p̄ces fru
strantur. frustrarent autem omnia hec si omnia vinculo
necessitatis p̄terent sicut patet ex dictis.

Auerfamini igitur vicia: colite virtutes. ad re
ctas spes aim subleuate. humiles preces in excel
sa porrigite. Magna vobis est: si dissimulare
non vultis: necessitas indicta probitatis. cuz ante
oculos agitis iudicis cuncta cernētis.

SENECA.

Auerfamini igitur vicia. colite virtutes. ad rectas spes
Hic philosophia subiūgit exhortationem vtilem dicens.
Ex quo sic est qz non estis coacti necessitate ad faciendum
aliquid. sed manet in vobis libera volūtas. Ideo auersa
mini. idest spernite vicia. ne per ea iuste incurratis penas
colite. idest exercete virtutes. pp quas merita cōsequamī
ni. subleuate animū vestrū ad rectas spes que in veraz bea
titudinem tendunt. porrigite in excelsa. s. ad deum humi
les preces. 7 hoc merito faciatis quia si non vultis dissi
mulare auertendo animum vestruz ab his. tunc magna
vobis est indicta necessitas probitatis. idest virtutis. qz il
lud quod agitis non potest latere illum qui est iudex actū
vestrorum. vnde subdit. Lum agatis ante oculos. idest cū
actiones vestre sint in prospectu iudicis cuncta cernētis.
scilicet dei. Nota vicia sunt spernenda. qz reddunt ho
minem seruilem. Nam qui facit peccatū seruus est pecca
ti. Et Seneca dicit. Si scirem deos peccata ignoscituros
7 hoies ignoraturos: adhuc propter vilitatez peccati pec
care erubescerem. Virtutes autem sunt collende: quia vir
tus est que habentem perficit 7 opus eius bonum reddit.
Recte spes recte preces sunt deo porrigēde. quia his deo
coniungimur 7 ipsum alloquimur. 7 si nō dissimulamus
negligendo predicta: magnam virtutis necessitatez nobis
indictam 7 promissam inde consequemur quonias omnia
que agimus sunt in prospectu dei cuncta cernētis. Sicut
enim scribitur ad Hebreos quarto. Omnia nuda 7 aper
ta sunt oculis eius. qui est deus benedictus in secula secu
lorum. Amen.

Auctori Torquati. Severini Boetii viri nominis celebri
tate q̄memorandi: textus de philosophie consolatione
cum editioe commentaria beati Tomae de aquino ordi
nis predicatoruz.

finit feliciter

In diui. Severini. Boetii de scolarium. disci
plina cōmentarium feliciter incipit.



Solutio hominē necū
fore dei et mundi. Ber
mes ipse p̄boz pater ad
Esculapiū scribēs iā lō
ge testatus est: eo qz itel
lectū diuinum in se hz p
quē aliqñ supra mōdūz
ita eleuatur ut et mundi
mā sequat cōceptiones
eius. Et hoc in optie na
tis potissime videm? ho
minibus. qz suis anima
bus agunt ad corporuz
huius mūdi transmuta

tionem: ita ut miracula facere dicant. Et id in ea pte hō
ipse ad dei imaginē factus: q̄ mūdo ipso nequitur. nō mun
do subicit sed preponit ut rector ac gubernator. Et hoc
David ille iustus p̄ salmoz libro nouerat cū dixit. Ad
nuisti eū paulominus ab angelis. 7. Oia subiecisti sub pe
dibus eius. Qd equidē 7 tunc maxime fieri liquet cū do
ctrinis disciplinisqz in mentis culmen trahitur: ibiqz in
arce constitutus veluti specula corp? hoc mortale. qd ani
mam aggrauat respicit dirigit 7 gubernat. Quas ob res
non abre estimandū putatur ut hoies plus ceteris arte 7
ratiōe degentes naturaliter domini. 7 rectores alioruz eri
stant. Verū tñ si vel per electionez aut inclinatiois irrefre
nate affectū hō ipse mundo se inferiorē fecerit iā q̄si hono
re humanitatis erutus ac si tandē in aliarū terga feraruz
se transformans proprietatem bestie accipit. Sic per con
cupiscentiam porcus efficitur p̄ iraz canis: per rapinā leo.
perqz alia 7 alia in aliarum bestiarum transmutatur nām
Et hanc transmutationem p̄ plato ipse secundā animoz
incorporationem dicebat. At qz nedum hanc mentis alter
ationē putandū ē. verū qui sic mundo inferiorē se fecerit
necessē est: ut etiam ab expressa membroz specieiuz repre
sentatione quomodolibz abducatur. Ex quo fit vti Aristo
teles inquit in ethicis: qz laborantes in passionibus vene
reis 7 crapule maxime secundū corpus alterantur. Et hu
ius signum est animalia multū coctia cito senescere: plu
resqz gula q̄ gladio interiere. Laborandū ergo totis vi
ribus totoqz conamine ne ipse concupiscentis atqz indi
gnationum affectibus homo ipse imago quidem atqz spe
cimen sui creatoris mentis ab arce detrahatur. vt sic mun
do inferior fiat sed perturbationes illas: quas greci pate
dicunt. concupiscentias. s. atqz inclinationū affectus aut
eradicet 7 extirpet: vel saltez frangat moderet: regat: 7 q̄si
infrenes equos quibusdam rōnis ipsi? lupatis: vt ita dicā
coberceat. vt quod fragili caduceqz nature negatum extat
magni p̄ocratis exēplo studio atqz disciplina consequa
tur. Hui? nēpe discipuli. Sicuti Arif. ait: atqz postēū Al
bert? magn? cū iā ei? sanctissimos mores diuināqz sapien
tiā miraretur vice quadā p̄ dilemonio phisonomo ypo
cratis ymaginē ad iudicandū hominis mores detulerunt
Quaz cū philemon arte insperisset atqz membrū mēbro
comparasset. vinqz signorum naturalium: que supra
corpus 7 animā significare claruz est. cautius aduertisset
pronunciauit qz vir luxuriosus esset deceptor atqz coitus
amans. Illis vō indignatibus atqz p̄ dilemonē inculpā
tib? qm̄ de optio viro. cui vir nā filiez efficere posset: tanta
cōiucia p̄nuiciaflet: iudiciū ypo crati dtulerūt. ypo cras aut
morum suoz atqz inclinationum cōsciuz p̄ dilemonē
vera protulisse cōfessus est. verū ex p̄bie amore atqz hone
statis cōcupiscentias sui cordis se vicisse dixit. 7 sic qd natu
re negatū fuerat per p̄biam accepisse. Quā quidē nil aliud
fore. Aristot. docuit qz victoriā atqz concupiscentiā absti
nētiam. p̄ plato autē donū dixit optimū: quo ad bñ biēqz
viuendū nil melius excogitari posset. Tullius vero inueni
tum decorum

mm deoz referebat et item alius omnium disciplinarum pa-
 rentes atque vite ductis alumina dicit: ad quam haud facile si-
 ne disciplinabilitate: qua homo plus ceteris animabus
 prestare debet peruenire contingit. **De** ob res. **Seuerin**
Boetius ad martiani rogatum atque erudiendorum profectum
 librum edidit. cuius institutis veluti quodam duce metodo
 atque tramite quilibet in vberissimum philosophiae campus a cunabu-
 lis. ut aiunt. propensius perducatur. Ad libri autem serie prius
 debent auctorum more ea premittenda sunt que cum
 suscepti operis elucidant. titulum declarant. intentionem
 actoris. atque philosophiae partem cui liber subordinetur
 demonstrant. Circa primum igitur quoniam nihil sit: ut **Plato**
 in **Timaeo** censuit: cuius ortum non legitima causa et ratio
 precedat. cause libri quatuor enumerande sunt finalis. scilicet
 prima que in intentione ponitur. formalis. efficiens: et mate-
 rialis. Materialis que et subiectum dicitur. eo quod circa ip-
 sam actoris versatur intentio. est aptitudo recipiendi do-
 ctrinam a docente. Circa hoc enim versatur **Boetius** inten-
 tio ut erudiendus aptum reddat ad doctrinam preceptis
 recipiendam. Causa finalis quoque que etiam utilitas li-
 bri dicitur est erudiendorum utilitas: que est ut perfecto hoc
 libro a rudibus ipsi suis institutis ad veritatis philosophiae cogni-
 tionem perducantur. Causa efficiens duplex est mouens
 et mota. Mouens quorundam opinione **Martianus** capel-
 la et **Boetius** in consolatu philosophico in scriben-
 do secutus fuisse dicit sed tamen hoc parum momenti habere ar-
 bitrandum est: cum **Martianus** ipse tanta doctrina atque scri-
 bendi copia pre ceteris doctus euaserat ut si quid describere
 dum ad scholarium utilitatem conspiceret non subrogatus
 quendam sed seipsum opus ipsum subiturum non dubitasset.
 verumtamen est: **Martianum** quendam quicumque ipse
 sit **Boetio** tamen carum eidem hoc opus iniurisse quemadmodum ex li-
 bri probemio luculenter innotescit. inquit enim **Vestra** no-
 nit intentio. et vestris martiane petitionibus tentabo ac-
 quiescere. et hec causa mouens atque suscepti operis esse po-
 terit. Causa autem efficiens mota est ipse **Boetius** uti in
 ipsius libri titulo statim subiungitur. scilicet causa formalis libri
 huius sicuti et aliorum librorum duplex est. vna enim est forma
 tractandi: alia forma tractatus. forma tractandi in modo
 consistit procedendi et hic modus diffinitiuus est diuisiuus
 atque exemplorum positiuus: quemadmodum intuenti libri pre-
 sentis clarius innotescit. forma vero tractatus est libri diuisio
 in capitula: atque capitulorum in suas partes. et partium in par-
 ticularia. Et hec de causis libri sufficiant. Nunc de libri ti-
 tulo diutius morandus est. vbi notandum. **Titulus** est breuis an-
 notatio eorum que diffusius in sequenti opere continentur. Et de
 titulo quod est sol vel illuminans quasi titulum. quoniam librum il-
 luminat atque sequenti declarat. **Titulus** ergo libri hic est.
Auitii. Martiani Seuerini. Torquati. Exconsulis. Patri-
ci Ordinaris. Boetii viri illustris de scholarium disciplina li-
ber feliciter incipit. Sed forte querat aliquis que tot nomina
Boetio imponant. ad quod respondendum est quoniam consuetudo ro-
 manorum fuit auctorum nomina sibi ascribere. vel quod ob hono-
 rem et laudem hec sibi imponuntur. Dicitur ergo **Auitii** a ro-
 mano quodam eius nominis. vel **Auitius** quasi inuictus ab
 a quo est sine et uicos victoria. vici enim minime potuit: neque
 enim vnquam in periculis elatum se nouerat neque deperit in aduer-
 sis. semper enim equo animo se habuit veluti sine vitio tetrago-
 num quod vbiusque pascitur recte stat. sic et **Boetius** nec amo-
 re nec odio vincere poterat. quod et ipse testatur est lib. primo pro-
 sa quarta consolatus philosophici cum inquit: nunquam a iure ad iniuriam
 me quicquam detraxit. **Martianus** a **Martio** romano sui generis
 dicitur est: **Torquatus** a **Torquato** eadem ratione. **Seuerinus** a **Seue-**
ritate. Seuerus enim fuit cum **Theodorico** regi gottorum ob re-
 saluandum publicam se opposuit pro quo papie in exilium mis-
 sus multo cruciatus verabatur sicuti et ipse tangit in libri huius
 principio cum dicit et inhumani regis cruciatus corrosus.
 et plenius in lib. de consolatione philosophiae. quem ut cruciatus
 sui miseriam deplangeret. ad hoc aptissime conscribat.

Exconsul vero fuit quod vnus ex consulibus romanis. vel et con-
 sul quod extra consulatum positus. **Patricius** quod vnus ex patri-
 bus qui populo romano senatusque presuerant qui patres con-
 scripti dicebantur eo quod eorum nomina litteris aureis in ca-
 pitulum scribebantur. **Ordinarius** quod tanta in eo atque sa-
 pie progiatua excludit ut et cuilibet ordini dignus putare-
 tur. **Boetius** vero dicebat a **Boet** quod adiutor sonat discul-
 sor publicorum rationum ut vult **glossa** in **l. Boetio. l. de tabula-**
riis. libro. r. et hinc **Boetius** nomen cepit quoniam fuit coadiu-
 tor ad publicas rationes discutiendas ut dicit **Joan. de**
platea in **dicta. l. Boetos.** Nec ergo nomina vel agno-
 mina. aut cognomina. **Boetio** attributa sunt aut cogna-
 tione aut amicitia aut certo euentu necesse est sicuti et reliquis
 romanis nominum pluralitas attribuebat sicuti. **Marcus** **Tul-**
lius **Cicero.** **Publius** **Virgilius.** **Mario** et. **Adit** in titulo de scho-
 larium disciplina ut actoris insinuetur intentio. Cum enim
 vidisset ipse **Boetius** innumeros pene erudiendos preter
 modum ordinem atque regulam ad doctrinam anhelare et
 ea propter minime doctos euadere ipse communi misertus
 utilitati studium ut tante inordinationi obuiam iret modum
 atque discendi formas instituit in hoc libro in quo ipse ru-
 dibus primo prima elementa subministranda censuit. ad
 vltimos discipline magistratibus subiiciendos commouit.
 elatos reprimit. proficientes sagaci prouisione refouet. p-
 uisos magistratibus venerabiles reddit atque tandem ipso-
 rum magistrantum statum erga subditos concludit. Sub-
 ditur in titulo feliciter incipit. feliciter tam ea felicitate
 que summum bonum est. que infortune bonis con-
 sistit. Est enim liber iste gradus atque scala qua in cognito-
 nem veritatis peruenitur que est sapientia qua adepti
 oia bona tam fortune quam animi pariter cum illa adipiscuntur
 ut **Salomon** ipse testatur. **Postremo** autem cui parti philosophiae
 subordinatur videndum. subordinatur autem ethice quia
 de moribus discipuli erga magistrum loquitur quod ad
 ethicam reducitur. Declarata ergo sunt hec quinque si re-
 cte considerabis que actorum more in librorum principibus
 frequenter recitantur et in his metris comprehenduntur.
Utilitas **titulus** **intentio** **partes** **sophie.** **Quatuor** **ac-**
cause **res** **totam** **perficientes** **qua** **de** **re** **ad** **litteras** **accedam?**

Extra **nonit** **intentio** **de** **scholarium** **disciplina** **compendiosum** **postulare**
tractatum: **utinam** **a** **spiritus** **mei** **par-**
uitate: **prout** **facultas** **suppetit:** **inge-**
niis **que** **declinitas:** **erumnarumque** **tenacitas** **amicis**
vestris. **De** **Martiane** **petitionibus** **tentabo** **acquie-**
scere. **Et** **licet** **duplici** **genere** **commentorum** **sic**
impeditus **non** **tamen** **omnino** **diner** **foruz.** **in** **quod**
dam **Aristotelis:** **nec** **non** **aliorum** **philosopho-**
rum **editiones:** **proprioque** **attenuatus** **studio:** **et**
inhumani **regis** **gottorum** **cruciatus** **corrosus:**
philosophico **me** **preueniente** **consolatu.** **extrema**
que **profunde** **trinitatis** **perspicatione** **permollit?**



Extra **novit** **intentio.** et. **Presens** **liber** **Boe-**
tii **qui** **est** **de** **scholarium** **disciplina** **prima** **sui**
diuisione **in** **duas** **partes** **diuiditur** **scilicet** **in**
probemium **et** **tractatum.** **tractatus** **incipit** **ibi**
Lum **igitur** **indiscerit.** **Probemium** **in** **tres**
partes **diuiditur.** **In** **prima** **ponit** **intentionem** **sua** **atque**
intentionis **causam** **subiungit.** **In** **secunda** **ordinem** **dicen-**
dorum **in** **hoc** **opere** **seruandum** **premittit.** **In** **tertia** **mo-**
dum **procedendi** **ponit.** **secunda** **ibi.** **In** **primis** **prima.** **ter-**
tia **ibi.** **Nec** **autem.** **Prima** **pars** **in** **duo** **diuiditur.** **In** **pri-**
me **facit** **quod** **dicitur** **est** **intentionem** **sua** **ponens.** **In** **se-**
cundo **causam** **intentionis** **assignat** **ibi.** **quid** **enim** **gymna-**
siorum. **Prima** **iterum** **in** **duas.** **in** **prima** **facit.** **quod** **di-**
ctum **est.** **In** **secunda** **arrogantiam** **deuicit** **ibi.** **utinam.**

Prohemium

Et dicit Boetius. **C**O marciane in hoc beniuolentiam captat ipsum proprio nominando nomine, vestra intentio nouit postulare idest petere tractatum compendiosum, i. breues et utilem et hoc ad differentiam dispendii dictum est quod prolixum et inutile censetur. **M**ortatur qz in hoc auditorem ad docilitatem ex doctrine compedio de scholarum disciplina, idest discendi norma et in hoc auditorem attentum reddit ex doctrine utilitate. Et sic in hac parte prima tria facit beniuolentiam captat, ad docilitatem hortatur, atqz attentionem auditorum suscitatur, et sequitur. **O** utinam subaudi illud postuletur a paruitate mei spiritus idest ingenii, deuitat enim in hoc arrogantiam. **T**unc Boetius scribendi onus acceptas dicit. **P**aruitate mei ingenii non obstante ego Boetius tentabo acquiescere, idest cōdescere amicis, idest amiscabilibus tuis petitionibus, et hoc potest idest in quantum facultas, idest sapientia mea, suppetit idest subministrat et in quantum decliuitas, idest debilitas ingenii mei, qz pro et tenacitas idest durities vel compasio erumnarum mearum idest calamitatum mearum subaudi suppetunt. **I**z pro qz sicut sim impeditus subaudi sic ut id haud facile efficere possis duplici genere idest manerie commentorum hoc est quorundam librorum expositorum tamen non omnino idest penitus diuersorum commentorum dico in quasdam editiones idest compilationes Aristotelis illius peripatetici et aliorum philosophorum eas subaudi exponendo ac quasdam e greco in latinum transferendo, qz pro et sicut sim attenuatus, idest viribus exhauritus proprio studio ut sic vir promissis vacare possim: et sicut corosus, i. attenuatus, et transumptiue loquitur, nam corrodere proprie est dentibus dilaniare, cruciatur, idest tormēto inhumani idest crudelis regis gottorum scilicet theodorici, et hoc philosophico consolatu, idest libro quez de consolatione philosophie ediderat perueniente, qz pro et sicut sim permolitus, idest attenuatus extrema, idest summa perspicatione, idest subtilitate trinitatis, profunde, idest alte quo ad intelligendum, quasi dicat licet omnibus his supra vires impediar nihilominus quam tanta vis est inter nos amicitie ut nihil marum petitionum tibi negare queam propterea tuis petitionibus acquiescere tentabo. **N**otandum Boetius librum suum nominat de scholarum disciplina, unde inter disciplinam et facultatem hoc interest quod niam disciplina a discendo dicitur quod scientiam recipere sonat: quare disciplina in discipulo est, doctrina vero in magistro, facultas autem est scientia vel professio in utroque, disciplina et doctrina in motu sunt facultas in quiete. **N**otandum circa hoc quod dicit licet duplici commentorum, Boetius intelligens homines nedum sibiipsis fore natos sed amicis et patrie atqz communi omnium utilitati, sic nempe diuinus ille Plato architam tharentinum monuit ut non solum sibi natum se meminere sed patrie et suis ut perexigua pars sibi relinquatur, quod prospiciens, Boetius ut posteris memoriale quoddam eternum post se relinqueret: nunc in philosophorum libris exponendis, nunc in grecis codicibus ut latine nobis coram loquerentur transferendis, nunc etiam in propriorum traditione dies noctesqz expleuit qua in re tanto nisu tanta qz lucubratione indies tenebatur ut materiam sue criminatiōni daret. Dum enim studio atqz exponendorum librorum comentariis reliquisqz omnibus que ad hoc attinent sedulo vacaret: moris sui extitit ut hominum confortia fugeret atqz in bibliothecam quam domi publice constituerat referentissimam se reciperet, quas ob res morum suorum emuli ipsi demonibus alloquentem falso criminabantur ad instar magni Socratis, de quo et Apulegius impune opinatus est quod familiarem deum haberet sibi obsequente de quo et librum eddidit quez de deo Socratis intulauit a qua criminatione se excusans Boetius libro primo de consolatione prosa quarta philosophiam sua alloquitur. **A**tqui et tu insita nobis omnium rerum mortalium cupidinem de nostri animi sede pellebas et sub tuis oculis sa-

crilegio phas locum esse non erat. insilabas enisauribus cogitationibusqz quotidie meis pictagoricum illud, deo non diis seruiendum nec conueniebat vilissimorum me presidia spirituum captare quez tu in hanc excellentiam componebas ut consimile deo faceres, hec ille. **N**otandum ingenium est interior vis animi quo sepe inuenimur que ab aliis non didicimus dictum quasi intus gentum scilicet a natura. **N**ota eruna, i. miseria inopia calamitas. Et dicitur ab e, et rumen quasi extra rumen, i. cibum ide erunofus. Item commentum est plurium studio vel doctrina in mente habitum in unum collectio et sicut hoc quilibet liber potest dici commentum: sed in nostro usu commentum dicitur liber expositorius, i. qui deseruit expositioni sententie alicuius libri et non constructioni littere et sicut hoc potest sic diffiniri. **C**omentum est serpositio verborum iuncturam non considerans sed sensum.

Quid enim in gymnasiis exercitu lucidius quam in artificiali et naturali progressioe debita cognitio et quam virium intelligentie gradualis exhibitio. **E**loquentie enim partes decenti artificialium et naturalium processu et perspicua intelligentie comprehensione nouimus stabiliri.

Quid enim in gymnasiis. In hac parte, Boetius assignat causam intentionis sue atqz suscepti operis, primo enim dicit quod non obstantibus impedimentis tum studiorum atqz erunarum multimodis, se velle iniunctis onus aggredi, posset quis huiusmodi causas sciscitari cui ut satisfaciatur causas reddit. Et duo facit nam primo causas sue intentionis atqz suscepti operis explicat, secundo causam ipsam confirmat, secunda ibi eloquentie enim. Dicit ergo primo antiprophorizans isto modo, quid enim pro certe, est lucidius idest splendidius qua propter et vilius in exercitu, i. exercitatione gymnasiis, i. studiorum et transumptiue loquitur quam debita cognitio in ipso discipulo scientis doctrinis erudiendo in progressionem, i. profectu artificiali, et hoc quo ad artes et doctrinas, et naturali hoc quo ad mores studio confirmandos. **A**lter etiam exponitur ut ad duplicem ordinem ista referantur, i. ad ordinem doctrine quo a communioribus ad specialiora procedatur sicut quod dictum est primo philosophorum: inata nobis via est procedendi a communioribus ad specialiora et ideo dicit artificialium, quod autem subicit naturalium quo ad ordinem nature dixit quo a specialioribus ad vniuersaliora fit processus, ea enim que nobis ignotiora sunt nature notissima esse dicuntur, quo fit ut seculo methaphisice dicitur. Sicut se habet oculus niticoracis ad solis lumen sic se habet intellectus noster ad ea que manifestissima sunt nature. Deinde legit in textu, et insuper quod est lucidius in ipso magistratu quam exhibitio, i. subministratio gradualis, i. bene ordinata, virium intelligentie, i. doctrinarum quasi diceret nihil. Et huius rationem subiungens inquit enim pro quia supple nos, Boetius nouimus stabiliri, i. firmari partes eloquentie in processu, i. ordine atqz modo debito naturalium et artificialium, similiter etiam in comprehensione perspicua, i. subtili intelligentia doctrinarum

Notandum quod intentio Boetii fuit ruditati erudiendorum obuiare atqz eos ab ignorantie nebulis ad apicem scientiarum transducere. **U**terumque modus ordo atqz regula in hoc potissima fore noscuntur iuxta illud. Est ordo summa lime sapientis in arte, et item Oratius est modus in rebus sunt certi denique fines. **U**ltra quos citra que nescit consistere rectum, ideo Boetius opus hoc scribendum assumpsit in quo modum atqz ordinem tradit quo quisque facilliter inculmen scientiarum eleuatur ibique constitutus splendidus celebris atqz gloriosus stabilitur. **N**otandum gymnasiis pugna vel luta dicitur. Et dicitur a gymnos, i. nudus, quia nudi talibus in ludis fuerunt exerceri, inde hoc gymnasium locus in quo talia quondam fiebant et hinc facta transumptione studium scholarium atqz magistrorum

rum gymnas dicitur atq; locus studii gymnasium & quan-
doq; ipsum studium dicitur vt in proprio .quia sicut oi
palestra corpus sic studio animus exercetur. & inde acci-
dit ut omnium pene artium exercitium vel locus exerci-
tii gymnasium dicatur vt schola. & vt quidam dicunt gyn-
nasium grece latine exercitium dicitur . Notandum inter
intellectum intelligentiam atq; intelligibilitatem hoc in-
terest. Nam intellectus proprie vis anime est comprehen-
sua incorporearum substantiarum formis subtractarum
vel formarum circa eas. Intelligentia vo vis est anime q
aspirat vt aliquid circa diuinam substantiam comprehen-
dat. Intelligibilitas vo vis quedam est anime omnium
formarum in quadam simplicitate complicatua absq;
ordine naturali vel temporali & tali modo solus de^o com-
prehendit res quia eas omnes vno intuitu absq; successio-
ne dicitur comprehendere.

In primis ergo prima. s. puerorum oblectamē-
ta sunt prelibada. Secundo videlicet qualr adul-
torum elatio magistratui subiicienda sit & disci-
pline connectanda. Tertio de eorum elatione
reprimenda exemplorum comēdatione distin-
cte exponendo. Quarto de scholarium sagaci-
prouisiōe eorumq; graduati statione. Quinto q
liter scholarium venerabilis ac sincera deuotio
ad magisterium proferenda sit. Sexto de magi-
strantium norma trinaq; diuisione statuq; erga
subditos modoq; docendi precognito

In primis rē. Hec est secunda pars principalis . huius
problemii in qua postq; intentionem suam atq; intentionis
sue causam explicuit. nunc ordinem suscepti operis & quic
quid in toto libri processu. peragendum sit luculenter insi-
nuat Et diuidit hęc pars in sex partes. In prima mōstrat
quid in primo capitulo pertractandum sit. In secunda qd
in secundo & sic de singulis. secūda ibi. secūdo vs. tertia ibi
tertio de eorum. quarta ibi. quarto de scholarium. qnta ibi
qnto qualiter. sexta ibi. sexto de magistratuum. rē. Et di-
cit q in primis. i. in primo caplo oblectamina alias ē oble-
ctamenta. i. documenta leuia puerorū sunt prelibanda. i. p
tractanda vel pmittenda. Et rōnem huius ponit Albert⁹
super illo primi libri phisicorum cum dicitur q pueri pri-
mo appellāt omnes viros patres rē. qm ipsi pueri cerebrū
hnt humidum ac frigidum sic q rerum sensibilibus diffe-
rentias minime capere possunt. sed cum cerebrum in eis
magis exsiccat tunc in eis cognitio magis erit nota qre
a facilioribus & leuioribus inchoandum erit ordine ipso
doctrinae & transeundum ad vifficiliora & ad specialiora.
hec enim via nobis innata est primo phisicorū secundo vo
videbit hoc est in scdo cplo qualiter elatio. i. supbia adul-
torum id est etate iam maturorum est subiicienda. i. suppo-
nenda magistratui & cōnectenda. i. coniungenda disci-
pline. Elatio nempe atq; supbia discipulum nullo modo
studere permittit: cum sapiens dicat. In malivolam aiam
non introibit spiritus sapientie. & hic in tertio capitulo vo-
cetur de reprimenda. i. corrigenda elatione eorū. s. adulto-
rum & hoc exponendo distncte. i. succinte comēdatione
exemplorum ad propositum comprobandum. quarto autē
caplo supple tractabitur de sagaci. i. prouida prouisione.
s. rerum exteriorum sine quibus vifficiliter philosophari
contingit pp quod & sacerdotes in egypto vt. Aristo. in
metaphisicis testatus est acquisitis rebus necessariis p
pter admirari primo inceperunt philosophari. Quinto
supple capitulo determinabitur qualiter venerabilis. i. ho-
norabilis ac sincera. i. pura. deuotio. i. intentio scholarium
est preferēda. i. exhibenda vel offerenda ad magisterium.
Sexto. i. vi. capitulo tractabitur de norma magistrantiū
q; pro r. trina diuisione. i. partitione magistrorum. q; pro

& de statu ipsorum circa subditos. & hoc precognito. i. psc-
to modo docendi. i. informandi. **N**ota sagax omnis ge-
neris idem est quod ingeniosus prouidus astutus & presci-
tus futurorum. inde sagacitas. Item sincerus sincera sin-
cerum vel sinceris in eodem sensu. i. sine cera. s. purus cō-
stans mundus sine vitio vel labe & producit e. vnde Ora-
tius in eplis in fine secunde epistole. Sincerus nisi sit vas
quodcumq; infundis acefcit. Item Virgilius in moreto.
subcidit sincera foramibusq; liq̄. emūdata ceres & cetera

Hec autem ad intelligentie cognitionem susce-
pimus peragenda pristinum modū tractandi se-
re omittentes: nunquā leuiori stilo perusi: qm in
maiori parte pro rudibus informandis est execu-
tio & tanto lenior dilucidandi debet esse trāslatio

Hec autem ad intelligentie cognitionem. Hec est tertia
pars principalis. huius problemii in qua Boetius modū
pcedendi in hoc libro pmitit. Et diuiditur i duas partes
In prima facit quod dcm est. In secunda causam dicti af-
signat secunda ibi. Qm in maiori rē. Et dicit sic. autem
pro certo nos Boetius suscepim⁹ hęc supradicta. peragē-
da. i. perficienda ad comēdationem intelligentie. nos in
quam omittentes fere. i. totaliter modum pristinum. i. per
nos obseruari solitum. tractandi. i. scribendi. nūq; .i. nul-
lo. ppe. perusi leuiori. i. planiori stilo. i. modo scribendi. qm
& hic causam dicti assignat. q; executio subaudi presentis
operis pro maiori parte est pro rudibus. i. indoctis. infor-
mandis. i. instruendis quo calle ad scientiarum apices va-
leant pertingere. subaudi eaproppter hęc trāslatio alia lit-
tera habet transactio dilucidandi. i. declarandi hanc se-
mitam atq; callem erit tanto leuior. i. planior. **N**otan-
dum in litera cōmitūf color rheroricus qui vocat lepos
Et est ad aliquam singularem personam per verbum plu-
ralis numeri causa honoris vel ornatus facta locutio: vt
Cicero scribit. nos Boetius suscepimus hęc peragenda

Finit problemium.

Sequitur tractatus. Caplm. i.

Um autē indiscreti & impotentis septen-
nis infātia ducitur ad imbuendum: ca-
uendum est: ne membrorum indecens
sit dispositio vt pote integraliuz: et ae-
ris intemperies vt pote cōstringentis hyemis ob-
tusitas: & comburentis estatis profunditas peri-
culi generet incrementum.

Um indiscreti rē. finito phemio consequent
incipit tractatus. In quo ea que in phemio
pagēda promiserat: nūc ordinate exequit. Et
diuidit totus tractat⁹ in. vi. capla. in quoz pri-
mo ondit q manerie rudes atq; indiscreti ad
discendum introducant In secundo qm scholares ipsi
magistratui subiiciant. In tertio qm elatorū supbia cō-
pescat. In quarto. qm scholaribus ipsis per res exte-
res quaz fortuna est oīa sagaciter prouideat. In quinto
qualiter scholarium sincera deuotio ad magisterii celsitu-
dinem subuehat. In sexto magistrantium norma plenius
edocet. scdm ibi. Cū autē scolarium rudimentis. tertius
ibi. Cum autē discipulus. quartum ibi Oīa siquidē. quātū
ibi. Cū ad magistratus. sextū ibi. Expediūt autē his. & hęc
totius tractatus cōpetentior censet fore diuisio. Constat
enim Boetii ipm in problemio hoc ordine diuisisse qm
pluriq; existant qui totalem ipsum librum tribus partib⁹
arbitrentur partiendū Capitulum autē primum quod ē
de primena rudium atq; indiscretorū introductiōe i duas
partes diuiditur. In quaruz pma de his q circa exteriora
introducenda videlicet circa corpus atq; corpori adiacen-
tia attendūtur tractatur. In secūda vo de his q circa aīm
atq; animum exornantia & fouentia vt sunt doctrine & scie-

Capitulum

tie edocetur. secunda ibi. In primis igitur. Prima harum adhuc in duas. In prima determinatur de his que circa corpus introducendum attendenda sunt priusque doctrine mancipetur. In secunda que circa corpus ipsius attendenda sunt pertractatur postquam doctrine nouiter mancipatus existit. secunda ibi. Liberiorum autem. Prima que circa corpus adhuc in duas. In prima facit quod dicitur est. secunda hoc ipsum exemplis confirmat. secunda ibi. Legitur. Prima harum iterum in duas. nam primo declarat illa que circa corporis introducendi membra cauenda sunt. secundo que circa introductio ipsa. secunda ibi. Et ne temporis intemperies. Dicit ergo Boetius primo quod cum in infantia. i. pueritia septembris. i. septem annorum et hac etate infantia finit ac pueritia incipit. indiscreti. i. indocti et impotentis subaudi virium corporis. ducit ad imbuendum. i. erudiendum. cauendum. i. prospiciendum est ne dispositio subaudi naturalis membrorum supple corporis infantilis integralium. i. integrantium ut pote manuum et pedum. similiter et aliorum membrorum sit indecens. i. incomposita imperfecta disproportionata aut naturalia turpis. et subaudi cauendum est enim indiscretus ille ad imbuendum ducitur ne intemperies. i. proportio ratione qualitatum dominantius temporis ut pote sicut obtusitas. i. durities hyemis constringentis propter excessuum frigus cuius natura est stringere in homogeniis. vel profunditas. i. excessus estatis comburentis propter caloris excellentiam generet incrementum. id est augmentum periculi subaudi ipsi introducendo. hec enim ipsa nisi cautius prouideant magna quidem incrementa periculi puerili adducunt teneritati. **N**otandum in hoc quod dicit Boetius septennis infantia. et intelligere facit pueros ipsos in infantia litteris mancipandos. Etas ipsa ad hoc apta tunc est quam parum adhuc viderit: quare omnia sibi noua. nouarumque rerum audita. et quicquid audiat admiret dubitet ac interroget. sicque post hac mentis sumpto robore quod noua testa ceperat retineat firmiter clariorque intelligat. hac nempe etate ut tangit Quintilianus lib. primo institutionum quicquid concipitur facilius radicat. Cui varro in sententiis. Sapientia vasa quicquid prius acceperunt. sic inquit est de infantibus et Augustinus libro confessionum primo de seipso lamentabiliter fateatur iuuentutem ludis et non studiis semper expositum. in scholas inquit datus sum ut litteras disceres in quibus quid utilitatis esset ignorabam miser: sed ludere delectabar. Et est infantia ipsa prima etatum hominis que septennio durat a quo inchoans pueritia quasi pura ad gignendum minime apta in quatuordecimum excurrit annum a quo adolescentia adulta ad gignendum apta que in vicesimum octauum prorogatur annum. a quo iuuentus incipit usque in quinquagesimum annum protensa: et ab hoc senioris etas quam greci per bytem vocant fumens originem in senectam hoc est septuagesimum annum progreditur a nullo annorum numero perficitur sed per quatuordecim etates quatuordecimque vite superest ipsi in labore atque dolore deputatur.

Notandum quod Boetius dicit summo opere cauendum ne litteris imbuendus membrorum disproportionem habeat. hec enim membrorum inepta monstruositas monstrum in anima iudicare necesse est uti in Philemon. in Palemon. in Lorus. Aristoteles et alii multi plurimi retulerunt. quam anime ipse sequuntur corpora et secundum se non sunt impassibiles a corporum motibus: et hoc manifestum fit valde in ebrietatibus et egritudinibus. multum namque anime mutata videntur a passionibus corporis ex quo et illud vulgare sumptit exordium. Rusticus in corpore rusticus et in anima. Cum enim membrorum figura et habitudo. et generetur et nutriantur ex sanguine. Similiter quoque et spiritus qui vehicula sunt virtutum aie ex calore sanguinis generantur. quos est ut ex ipsa membrorum habitudo inclinatio passionum cognoscantur ipsamque animam vectam in motum sui vectoris sequatur. propter quod sapiens ptolemeus dixit quod diuinas melius et verius pronunciat accipiens iu-

dicius a stellis secundis secundas vocas stellas figuras et accidentia inuenta in rebus pbificis que a superioribus impressa sunt. hoc enim iam impressum sciunt materie quare pro certo pronunciamus totum ad accidentia illa esse inclinatum: quo fit ut molles quidem carne aptos mente dicimus distortumque vultum sequit distortia morum.

Notandum circa hoc quod dicit. Et ne temporis intemperies etc. sicut docet Auicenna secunda sen. primi canonis capitulo quarto sume prime quod est de iudiciis temporum et eorum mutationibus omne tempus qui complexionem habet sanam proportionale est ei pueniens. cum autem infantium complexio calore fere temperato et humiditate fere superflua existat ut eodem canone sen. i. doctrine prime. cap. 2. conueniens est ut ipso imbuendo proportionale tempus sue eligatur nature. Et autem inter quattuor anni tempora ver est a puncto equinoctiali incipiens usque quo in medium thauri deueniens estate mutetur. Est enim in terris tempus hoc temperatum quod non tamen necesse sunt res calefacientes propter frigus ut sit in de multum curandum neque euentatio propter calorem. et in ipso quidem est principium frondendi arbores et eius tempus est tempus apud medicos inter equalitatem vernalem etis aut ante ipsam aut post ipsam parum donec sol sit in medio thauri quousa apud astronomos in estium tropicum prorsus extendat post quod tempus temperie vicinus Autumnus est. reliqua autem duo tempora aut excessiuo frigore aut habundanti calore intemperie sunt subiecta. quo fit ut imbecillitas infantia aut vere aut autumno plus tamen vere litteris dicitur mancipetur.

Legit enim thimothei filium lepra icumbente castratum loripedem gibbo tumentem doctrine mancipatum plebeiam extitisse abiectioem suorumque sociorum detractionem ridiculosam. Similiter pretoris suburbani filium canicula instigante litteris vidimus mancipatum. Quod autem solita non gauderet umbra propria virtute destituitur histericte pena pro mollitibus vitalibus tandem spiritibus attenuatus limphatico morbo occubuit. Ecce quantum difficultatis membrorum indecens in dispositio et aeris intemperies teneritati puerili contulerunt.

Legitur enim thimothei filium. In hac parte Boetius supra dicta exemplo corroborat. qualiter scilicet minima superiorum observatio magni periculi dederat incrementum. Et diuiditur in duas partes secundum quod ponit duo exempla. In prima enim ponit exemplum quo ad corporis membra. In secunda vero quo ad temporis intemperiem euitandam. Et secunda pars incipit ibi. Similiter pectoris. Et dicit sic enim pro certe legitur supple in exemplo filium thimothei castratum. i. testiculis erutum. et hoc icumbente. i. imminente lepra illo morbo. loripedem. i. claudum vel pede tortum. quod propter tumentem gibbo. i. struma in dorso. mancipatum. i. traditum doctrine extitisse abiectioem. i. despectionem plebeiam. i. plebis: quod propter detractionem. i. sublationem ridiculosam sociorum suorum. Similiter supple alio exemplo vidimus filium pretoris. i. prepositi suburbani mancipatum litteris canicula illa stella instigante. i. furante. autem pro certe cum subaudi ille pretoris filiolus non gauderet. i. frueretur. solita umbra. i. consueta umbra. ipse destitutus. i. derelictus propria virtute. quod propter propter mollitibus. i. afflictus. pena id est morbo histericte. tandem. i. finaliter. attenuatus. i. consumptus spiritibus vitalibus. occubuit. i. vitam clausit morbo limphatico. i. aquatico qui est idropisis et reliqui ecce. i. vide quantum difficultatis in dispositio membrorum supple in thimothei filio et intemperie aeris subaudi in pretoris filio contulerunt teneritati puerili. id est ille namque abiectio plebis extitit dicere de infirmitatibus de sem vite sue miserabiliter clausit

clausit. **C** Nota circa hoc quod dicitur canicula. Duplex in celo canis est maior et minor. Maior alio nomine dicitur Sirius et habet in forma stellas. id est extra vo. ii. Minor autem canis notatur stellarum. z. Cum vero sol canem maiorem intrat calor duplicatur et egritudines in humanis corporibus generantur quibus ad exitum multi pereunt et ab hoc canis dicitur caniculares dicitur. Et de hoc Persius inquit. iam sicca canicula messes excoquit. et in hunc canem licentia poetica fingitur hic canicula fuisse mutatam. **C** Nota etiam quod lepra est morbus consimilis corruptus figuram et formam et compositionem membrorum et sic finaliter ipsum continuum solvens perveniens ex materia melancholica dispersa per totum corpus. Et hec autem introducit ab utero aut post. Si ab utero hoc est quod generatus est tempore menstruationis aut quod filius est leprosi: aut quod leprosus concubuit cum muliere pregnante. Si post uterum hoc potest esse: quia aut aer est malus et corruptus pestilentialis aut continuavit cibaria melancholica. s. lentes et alia legumina et carnes melancholicas ut vulpes vultu et apris etc. **C** Notandum est quod Ictericia est universalis defecatio cutis sicuti morpheia est defecatio cutis maculosa. sed tamen differunt in hoc quod morpheia est propter errorem terre digestive: hec tertia propter errorem secunde. Et sunt tres eius species. scilicet citrina viridis et nigra. et hunc morbum frequenter ydropis sequitur quod est error virtutis nutritive in toto corpore sequens mutationem virtutis digestive in epate. et ita ydropis est error virtutis digestive in epate. et ita loricipes. id est claudus habens pedem tortum ad lorum similitudinem vel habens pedem ligneum loris alligatum de quo Juvenalis loricipedem recte deridet ethiopes albi. Item gibbus. id est struma s. iterum in pectore est gibbus? dorso vero Juvenalis. strumofus. atque utroque pariter gibbus tumescit.

C Libariorum autem mediocris sit facultas.

Potus autem sit tenuis eiusdemque parcitas.

Vestium autem similiter absit penuria.

C Libariorum autem. In hac parte Boetius tractat de his que circa iam noviter introducta respicienda sunt. s. de bita ciborum potus atque vestimentorum ministratio et hoc in generali. In tertio autem capitulo magis specialius. et dicit autem pro certe facultas ciborum sit mediocris. s. neque habundans neque deficiens. potus autem tenuis supple sit. quod paritas. id est modicitas eius et penuria. id est carentia vestium absit. **C** Notandum quod natura pro se non est sufficientis ad specularium sed oportet cibum et potum et reliquum famulatum preeristere. sed hec nullo modo excessiva cum natura modicis minimisque contenta sit libro secundo de consolatione philosophie prosa quinta. Tolleranda ergo fames est ut inquit Seneca. id est epistola quam tolleraverunt quidam in obsidione exemplo maiorum nostrorum quod terras lustrabant ac maria non ut nullum vinum preciosissimum cibibus fauces eorum transfret sed soli contemplationi dediti maluerunt potius comedere ut viverent quam vivere ut comederent. Tiranides enim atque subversiones urbium bellaque vel hostilia vel civilia uti Hieronymus in epistolis testatur non pro simplici victu olerum pomorumque exercitari Diogenes asseruit sed pro carnibus epularumque deliciis legamus pro decessoribus libros antiquorumque volumina Dicearchi reno phontis. Iosephi. Euboli. reliquorumque pene omnium quod historiam scribunt et nil aliud reperimus quam vilibus cibis et his mediocriter veteres illos ob studium vicitasse crapulam quoque atque delicias veluti contemplationum impedi menta penitus evitasse. ipse enim deliciae mentem humi deiciunt atque eam corporeis neribus retentam ne in apicem contemplationis elevetur impediant. Ad idem autem victualium econverso. quo fit ut Juvenalis graculum esurientem in celum elevet. Persius quoque Raccus. Idiacum plicas corvosque nostra inquit verba conari. dicit Juvenalis de graculo. Graculus esuriens si in celum iusseris ibit. et item de reliquis Persius: Quis expedivit plicaco suum chere. Corvos quis olim suum cocava salutare. Idiac

quod docuit nostra verba conari. Magister artis ingeniosus largitor Venter negatas artifex sequi voces.

C In primis igitur figurarum elementa representantium imprimenda est dilectio. coniungenda rumque litterarum non parum artificiosa coniunctio. Nec tali laborioso certamini multum est insistendum: nec cito ut Servio placet abeundum. quoniam si visus est in multis promptior: in aliis reperitur tunc et habilior.

C Quid mancipio subtrahente r. In hac parte Boetius post premissam bonoz famuloz prouisionem nunc inue- bendo contra malos r quātum cauendū sunt psequit po- nens tria genera ex his pte ceteris fore fugienda. Et diui- dit in tres partes sūm hec tria famuloz genera. nam in pri- ma docet fugiendos seruos latrōes: secūdo bilingues ibi **S**eru^o bilinguis. tertio crudeles ibi. **S**eruo^oz siquidē **S**er- ma l duas nā pzo facit quod dñm est. scdo pposito erē- plo ofirmat ibi. Cūctos terreat. Et dicit pzo q^o famulus latro atqz fur summope ab hospicio remouendus est. qm̄ nihil hoc mancipio subtrahente crudelius reperit qd exē- plo elimacis confirmans subdit. q^o si exempla petis ifelix elimax ille scholaris infidelis dictus ab eliminando. i. corro- dendo. r hoc dico ptrahens. i. accipiens nomen a re. s. cor- rodendo. hic elimax terreat cūctos supple dños ne sibi si- miles i famulatū coemāt. hic nempe elimax cū recepisset munera nicostrati illius sui magistri pzo seruuit ipsi vul- tu blandiore. i. blando atqz placito. r hoc ministrans. i. p- curans oia superius de fidelis famulo dicta ad nutū. i. vo- luntatē supple dñi. qz. r seruuit dico eritis fidelis pzo tē- pore atqz ēt pmittens se fideliozē fore in futurū sed mēte subdola. quare qzqd fidelitas nicostrati pdicti possedit cō- missum est subaudi ad disponēdū infidelitati ipsius. i. eli- macis. sed quid plura cum ifelix puidētia. i. astucia atqz caliditas nequissimi Elimacis vidisset cūcta sibi suppe- ditari. i. gubernanda atqz disponenda cōmitti ipse elimax infidelitatis seruus intimabat. i. insinuabat auribus dñicis idest ipsi dño oia alimenta carniū oia fomenta piscium ceterarūqz rez venaliū cōmertia fore appreciata. i. empta plus duplo qz eēt. qua qdem infidelitatis rabie tanto in- sistit vt sic hausit. i. in suos vsus quertit incrementa totius substantie. i. facultatis dñice. qz pro r. traxit nicostrati ipz in summā. i. extremā egestatem atqz diurnā. i. quotidiana exclamationē et infestationē creditorū qua. s. exclama- tiōe r molestatione nihil menti. s. debitoris. imprimitur amariua

amarus. ve ergo infanti. i. furori creditoris. cu aut oia
 hec nicostratus. tu extrema egestatem atqz creditoz furo
 res incidisset tandem penuria sua ipsum in cognitionem
 erroris. i. facioris sui elimacis pduxit. vo p s. ipe nicostra
 tus coenit. i. in cam vocauit elimacē sup errore. i. facino
 re suo s. tarde. quo. i. qua puetide audito. i. pcepta elimac
 ipse prupit statim i vba ptumeliosa. i. iniuriosa. qz p r. se
 peliuit. i. infodit mucronē. i. ensem in visceribus dñi r que
 pzi? obmiserat. i. reliquerat hic secū asportauit. qz p. r. re
 liquit corpus ipsum dñicum. i. dñi deuorandū. i. laceran
 dū canib⁹. Deinde inuebens Boe. ptra hunc elimacē vi
 cit. en. i. ecce qzū scelus. i. pctm̄ impietas detestabilis. i.
 detestāda pditoris ppetrauit. i. magistrū suū nedū bonis
 singulis expoliādo verūctiā ptumeliis afficiendo atqz tan
 dē post necem nephariā corpus dilaniantiū atqz deuoran
 tium rabiei relinquendo. C Notanduz est qz puenire mul
 ta significat que bis metris cōiter recitāt. Conuenit alloq
 tur decet id sil' assimilāt. Exigit ad cās vocat r cōpellit in
 estqz. P dangit adunatur r adunat pueniens est. Item mū
 cro cuiusqz rei acumen est. Et dñ a macros qd est longū.
 vñ sepe p gladio ponit. Et sunt sinonima ensis gladius
 mucro spata romphea r.

**Seruus bilinguis pcul expellat r ipsius nequi
 tia statz depōatur lz sanguinitatis proximitate
 coniunctus existat.**

Seruus bilinguis pcul expellat r. In hac pte Boe. s. s.
 genus improboz seruoꝝ fugiendum fore ostendit. Et dicit ser
 uos bilinguis. i. fallax r duplex expellat pcul. Et nequi
 tia. i. fallacia ipsius serui bilinguis emittente. i. apparente
 deponat statim. i. mor. qzuis etiaz. i. non obstat qz si exi
 stat p iunct⁹ supple dño pmitate sanguinitatis vel alio
 quocūqz vinculo pmitatis. C Notandū qz nulla pestis
 ad nocendū efficacior est qz seruo? neqz atqz dño duplex r
 inimicus. ipe eni noscit psciam dñi atqz secreta familie me
 ditat: seducit dñz atqz p adulatōdes ipedit ne videat orien
 tes lz ne veritate agnoscat. suadetqz occidētis iuitū r opa
 tenebray. C Nota bilinguis a bis r lingua dñ sicuti trilin
 guis. r dicit qz duas linguas loqz r p similitudinē bilingues
 fallaces r duplices dicit qz aliud in corde aliud in ore hñt
 vnde grecista. Duplicis ac cordis hō dñ esse bilinguis.

**Seruorum siquidem crudelitate multos vidi
 mus socioꝝ incurrere iacturam.**

Seruoꝝ siqdez crudelitate. In hac pte Boe. tertiu gen⁹
 seruoꝝ improboꝝ fugiendū fore declarat. r dicit seruo? crudel
 et fugiendus est qm̄ qdē nos Boe. vidimus multos socio
 rū. i. scholariu incurrere iacturā. i. grane dānū crudelita
 te. i. malicia hoz seruoꝝ crudelium. sunt enim litū ex fusi
 tatiui atqz pacis destructiui. C Nota lz iactura pprie nau
 torum sit: tñ pro quocūqz dāno alicui per violentiam illa
 to capi pōt. r sic in proposito captum est.

**Creditoribus at summa exhibeat debiti cōmē
 datio: dieiqz pferre semp p posse debiti fiat solu
 tio. Scholari vo cui pleno cornū copia non arri
 sit o quam dulcis est creditoris trāslatio affiniū
 qz suffragiū exhibitio.**

Creditoribus aut summa. In hac pte. Boe. circa p̄dicta
 atqz etiam dicenda quoddā de creditoribus scholariu in
 serit vt ostēdat qua manerie circa hos agendū sit dicēs. Eū
 necessitas ipa coegerit vt scholaris ipse a creditoribus res
 ipsas p vite sustentaculo mutuo recepit: qd agendū scho
 laris iquā summoꝝere pspiciat vt cōmēdatio summa sui
 exhibeat creditorib⁹ h est vt se summoꝝere creditorib⁹ suis
 exhibeat cōmendatū. qz p r caueat vt fiat solutio. i. soluat
 debitū p̄fir. i. statute diei. i. termino pagamēti atqz solu
 tionis. scholarū. n. cui copia. i. fortuna non arrikerit sup. i.
 bonis ipsis exterioribus qz ipsa est dña. pleno cornū. i.
 habūdāter r affluenter o quā dulcis est transactio. i. p̄sta

tio creditoris. qz pro r exhibitio. i. traditio suffragii. i. ad
 iutorū affiniū. i. amicorū. C Notandū circa h qd dñ pleno
 cornū qz cū Hercules vellet deducere filiam cuiusdā re
 gis q dicebat deianira fluuius achelous quē transire ve
 bebat in diuersas formas se mutauit. Cū aut vitio in thau
 ri spēm se transformasset Hercules ipso deiecto vnū sibi
 cornū abstulit. qd copie. i. deo fortune sacrificauit: qz qdē
 cornū fortuna mortalibus res exteriores ipartiret. r hinc
 tractum est qd dicitur fortunam pleno arridere cornū r.
 C Notandum creditor dicit q alienam fidem sequitur mu
 tuatam pecuniam numerando. Generaliter aut dicit ille
 qui ex cā quacūqz alienam fidem sequit. r vñ creditor qui
 credit debitoꝝ. debitoꝝ vo dicitur cui creditur.

**Prudentis et scholaris pstantia sp aliquo pfor
 te gaudeat spali cui ppriā possit detegere psciaz
 q nubila exite fortuna diligenter subueniat: moꝝ
 boqz vigēte sedalū se exhibeat Et si terra mortis
 caligo affuerit superstitēs facultates disponat. si
 vo viuus enadat. ab eo possit sustentari. pasci: de
 liniri r solari: cubitū ducti. diuersis et partibus
 pcurari. vigente autem valitudine libellis gau
 deant pmutatim: qstiuiculis certatim cōmenda
 bili recordatione gradatim: castigationis felicitate
 cōuersim: diuersis etiā varisqz iocorū generi
 bus dulciter obsequendo. Sicqz iter eos mutue
 dilectiōis pmaneat integritas: vt p̄meui tempo
 ris ros sit instilians in medio mundans in fine
 vero inebrians existat.**

Prudentis vo scholaris. Hec est tertia ps prime partis
 principalis h⁹ qrti capituli. In q Boe. postqz ostendit qstē
 scholarib⁹ ipsis sagaciter puidendū sit tā circa ea q. i. ei⁹
 cōplexionē respiciūt qz et. i. in his q res ipsas exteriores
 respiciūt vt sunt p̄sone subsidiantes p̄cernūt. Hūc i hac pte
 facit h idē q ad socios. r dimidit hcc ps i duas ptes. nā pri
 mo facit qd dñi est. scdo deā sua exemplis p̄firmat. priā i
 duas. nā p̄io facit qd dñi ē. scdo vtilitates decz enarrat
 ibi. i. qd melius etc. dicit p̄io. Cōstantia prudentis. i. sapiē
 ris. scholaris gaudeat sp aliq p̄forte. i. socio spali bono si
 ficto neqz adulatōis nota deprauato cui. i. socio possit de
 tegere. i. apire p̄sciam. i. mentē ppriā qz. i. soci⁹ s̄bueiat
 .i. succurrat supple scholari fortuna exite nubila. i. aduer
 sa. qz pro et. q. i. socius exhibeat. i. p̄beat se sedulū. i. diligē
 tem s̄bidio sup. scholarū vrgēte. i. p̄mēte morbo. i. aliquo
 et q disponat. i. ordinet facultates. i. res ipsas scholaris
 supstite. i. relicta. r h si terra. i. fera caligo mortis affuerit
 Qd si euadat viuus. i. p̄ualeat possit sustentari pasci. i. ali
 dliniri. i. p̄ferri solari. i. p̄solari cubitū ducti. diuersis et
 p̄tib⁹ pcurari. i. disponi r ordinari ab eo. i. socio. r hcc in
 adueria valitudine deā sunt. vrgente vo valitudine. i. sani
 tate r robore gaudeāt. i. gaudere valeāt libellis sup. suis
 pmutati vt sic aboz oia cōia sint r gaudere valeāt qstiuicul
 idest dubiis r interrogatōib⁹ doctriālib⁹ iter eos cā discēdi
 eroris certati. i. nūc arguēdo nūc replicādo aliaqz et alia
 pagēdo q i scholastico certamine vtilia dimoscūt. qz pro
 et gaudeant gradati. i. ordinarie cōmēdabili recordatiōe d
 qua in p̄mo caplo sufficientē dñi est cū triplex recorda
 tio decebat. et dico gaudeāt p̄uersim. i. mutuo et alterna
 tim felicitate castigatiōis. i. felici castigatiōe vt. i. se mu
 tuo i enormibus: caritatiue corrigant castigant atqz repre
 hendāt. et his oibus gaudeāt dico obsequēdo dulciter. i.
 plane sine oi disturbio variis et diuersis generib⁹ iocoz cō
 silio carbonis inquietis Interpoue tuis interdum gau
 dia curis. vt. i. mens amenitatibus atqz gaudioruz iocis
 alternatim refoueat. qz pro et vt integritas mutue dile
 ctiōis. i. socialis amoris. sic. i. tali mō maneat. i. p̄maneat

Capitulum

inter eos, vt. s. ros. i. amor primeui tps sit instillans. i. cōtinuo infundens vel inguttans. i. medio at temporis sit inundans. i. effluens. vō p sed amor ille socialis existat in ebrians. i. faciās ⁊ replens in fine. Vult dicere. Boe. talis sit amor inter eos sic ros q primo instillat. scdo mūdāt. tertio inebriat sic quoqz amor eoz in dies excrecat. C. No tandū q socius hic de quo Boe. i. lra loqz si discol? n bili quis neqz crudelis fore debet sed ille de quo Sene. loquens ait nullius boni possessio iucūda est sine socio: qui certe p ditiōes pprietatesqz qz fidelis amicus in se hre dō qz prima est q sui ⁊ socii idē nolle idēqz velle existat. de q pbat. S. politicoz. Amicōz idē nolle ⁊ velle ē ⁊ Tullius ⁊ Salustium. Amicōz est si veri amici fuerint idēz velle ⁊ idē nolle. Scda est mori p socio. de quo Varro in sententiis. Pro amico sepe mori ptingit. Tertia inseparabiliter p socio adheret. de quo Sertus pictagore. Amicus minime errat ille q p amico aliqñ nisi mors iterueniat se patur. Quarta est noria pcauere. de quo Apulegius platonius li. de politico. ⁊ ciuili. Socius vulpinus est q socio suo non pcauerit a pculo ⁊ delicto. Perfectus q socius est q socio suo circumspectiones adhibet ⁊ cautelas.

C. Notandū Boe. appellat fortunā nubilā. i. obscurā siue cecam. depingebat. n. fortuna antiquus ceca qm ex ipromiso accedit ⁊ recedit. vel qz cecū reddit hoiez extollendo eū in prosperis. ⁊ deprimēdo in aduersis ⁊ eadē pene vba sūt in de psola. lib. i. metro. i. cum inquit. Nunc qz fallacem mutauit nubila vultum ⁊c. C. Nota teter tra. truz. i. niger vel serus sic in cantico. Tetrum cabos illabitur.

Quid dulcius. qd pclarins: qd certe melius: prestatis. n. amoris nulla fauoris adoptio pstat finē. inuidia vō si scdm qd euenerit in discēdo videlicet gratuita est: simplex at pprii auctoris cōsumptiua ē

Quid. n. dulcius. In hac pte. Boe. ponit vtilitates que ex cōsitione socii fidelis oriūt dicens. Quid. n. dulcius. i. iucūdius ē. qd ve pclarins. i. lucidius: qd qz meli? subaudi b sociali amore atqz pfortio. q. d. nihil. ⁊ rōnez b? sibi gēs ait. qm nulla adoptio. i. pūctio amoris pstat. i. veri ⁊ pfecti pstat. i. admittit finē. i. terminū fauoris subaudi: s in eū est duratura. Et tunc antipophorizādo ⁊ euidā tacite qd rñdēdo dicit. Posset. n. qd dicere supra pte dixisti q mutua iter socios dō ē qstūculay certatio. verū si hec certatio quādā inuidiā igesserit nūqz hec socialis nex? erit dissolutiua Ad b rñdēns dicit q si inuidiā s qd ipsecta euenit i dicēdo: b certe gratuita ē. qm ē itellect? acuitiā qre societatis hmdī nullo mō destructiua. si vō simplex. i. pfecta inuidiā irreperit qd in vera societate haud quāqz ptingere phas ē. hec certe ē psumptiua pprii auctoris. C. No tandū Boe. in lra p tendit talē rōnem. Illud cui? fauor ⁊ tranquillitas in eū est duratura illo nihil ē lucidū? amor verus socialis est hmdī g? ⁊c. maior nota minor. p in lra.

Notandum circa b q dicit inuidiā simplex pprii auctoris est psumptiua. iter oia vitia minus excusabilis ē inuidiā qm vntū sp ē ipugnata. hic tull? i rhetorica vntū comel est inuidiā. ⁊ itē aliū. Semp vitutes inuidiā seqt feritūqz suminos fulgura mōtes. Hoc vitū demōdes hnt hūane i uidentes pli. quoz filiū pditiōis sūt hoies mūdi alterius bonū pferre dolētis. qb? mos est oē primoz appetere dicentes illud Quidū pzo de arte. fertilior seges est alienis sp in agris. Uicinūqz pecus grandius vber bz. Cui? qdē viciū rabiē acerbi linoris vt Claudianus ait i maior. Nūlla ges placare pōt pter qz auctor pprius. ⁊ inde Orati? i eplis. Inuidus alterius rebus marcefcit optimis. Inuidiā sicul non inuenere tyranni. Adaius tormentū: qm vt in lra Boe. ait proprii auctoris consumptiua est.

Cū at parētis mei puidētia eius colloqo vt asolet diebus paucis pmittēs cōsolari: ait athenas studiū ob causam me misisset. vnicū custodē vite mee inuēi noie fauoneū nō a vto sed a fauore de

notatum. Hic cū me insperisset iti nere fatigatus diuersa cōsiderantē: creberime suspirantē: qsiuit cuias essem: secūqz me adduxit curialr cōsolans breuiter ingrendo si ob studiū cā; illuc venissem: cuiusqz professionis eēm: cuiusqz facultatis: post tridū: noia vicoz oñdēdo angiportoz cōfraga dicens hic vigent pflagia caldeorum ptholomei non latens glia. Aristotelis sincera veritas: platonis probata diuinitas. zenonis cōcretio: peribonii dilectio: pictagore promissio. Hōeri ylios. ⁊ labor Theleos: euclidis theoreumata: daretis porismata. Hypocratis scrutinia. hic viget ariopagi efficacitā: legū pitia ypodromū confusa gloria: circi victoria: palestie potentia: cestus fulminatio. missilium elatio. nautarum exclamatio: iuuentē peruagatio. coree conuentio.

Cum at mei parentis. In hac pte Boe. supradcā exēplo a seipso accepto pfirmat. d. Cū puidētia mei parētis misisset me athenas ad has scholas vles grecie ob cāz studiū promittens vt assolet parētis ē. i. vt fieri solet psolari me supple Boe. eius alloqo. i. eius lris paucis dieb? . i. infra paucos dies ego Boe. inueni athenis vnicū custodē ⁊ vucem vite mee noie fauoniū denotatū. s. nō a vento fauōio sed a fauore. i. amore. Hic nepe fauoniū cū isperisset pzo me sup. Boe. fatigatū. i. festuz itinere. ⁊ vidisset me cōsiderantē. i. meditatē diuersa atqz insperisset me suspirantē creberime. i. sepissime. tādē qsiuit cuias eēm. i. c? gentis qz p ⁊ adduxit me secū psolans me curialr. ⁊ b dico ingrendo breuiter si ob studiū causam illuc. s. athenas venissem ⁊ c? facultatis supple si diues aut paup cuiusqz pfectiōis. i. scie. oñdēdo mibi Boetio post tridū. i. post tres dies noia vicoz atheniensū atqz pfraga. i. tortuositates angiportoz illoz vicoz strictoz vbi schole stabāt atqz scie exercebāt vt qdā sanctiūt: v? pfraga. i. clamores aut loca clamorosa angiportoz illoz portū vel vicoz. Cape qd libz di. hic demōstratiue loqz. hic. i. in hac pte vigent. i. docētur pflagia. i. futuroz pfectiā. Caldeoz haz gentiū q pl? ceteris diuinitatib? insistebāt. hic. i. i hoc loco viget nō la tēs imo famosa glia. Ptholomei illius astrologi. b sup. viget sincera veritas Aristo. ⁊ bene sincera qm q ab Arist. recedit a veritate quoqz recedit cōmētator. hic sup. viget probata diuinitas. i. diuina sapia platonis. Hic nepe platonē de diuinitate docuerat vt ⁊ diuin? appellari meretur. hic. i. in alio loco. s. viget cōcretio. i. rōnum cōpilatione zenonis illius pbi rōnum in qz quib? qdraturā circuli nitebat cōprobare. Peribonii quoqz illi? magi dilectō. i. doctrina quā d dilectōe pscripterat sup. viget b. b. s. alio loco viget pmissio pictagore b? pbi Italici q pmit? aias i uenit fore imortales et de aliis corpib? trāsire pmittebat di. primo se fuisse euforbiū. scdo talidē. tertio hermotinus qrtō pstrū. vltio pictagorā. ⁊ hāc opinionem secut? Quidius methamorphoseos lib. 15. de pictagora sic inqz. Ipe ego memini troiani tpe belli pātoida euforbi? erā cui pectore quōdā Hēsīt in aduerso grauis hasta minoris at tride. Et Oratiū in carminib? Hēsītqz tartara pātoidem itez iā orco demissū ⁊c. Et b volēs Boe. inqz. pictagore pmissio. Hōmeri ylios sup. viget b. b. ē doctrina Hōmeri quā de bello troiano pfinerat. b qz vigēt theoreumata. i. regule et ppositiones geometricales euclidis b? pbi atqz geometre. vñ theoreuma diligēs et apta vboz descriptio vel regla ē inde regule geometre theoreumata qsi aptiōes dicte sūt sicuti hec. oē torū est mai? sua pte. sicut si ab eqlib? eqliā demanēt remanētia erūt eqliā. b vō sup. vigēt Arto mata. i. sophismata michasi b? pbi q de musica ediderat. vñ anxioma sūm Hōguitiōes pcatenatio loquēdi vñ sic sūt sophismata

sophismata. Sapientia vero dicitur quod sunt plura et maxime propter
 nes i topicis. Sed autem super viget aporismata alia ista habet proposita
 mata et veritas. id est apte probationes et de a porro. quod est aptio
 quod daretis illius historiay troianay scriptoris qui aliam
 post erutu corpore solam vmbra fore assererat. Sed quod viget scriu
 tinia. id est inquisitiones ypoctaris illius medici. et bene inquisitiones
 ypoctaris documeta non nat quoniam p multas inquisitiones et erpi
 menta i arte opatiua medicinali deuentu est. Sed in hoc loco
 sup. viget efficacia. id est vigor arriopagi. id est vici vbi scole pbo
 rum pshstebat. a quo vico et dionisi sancti arriopagita dicitur et
 Et de ab ares quod est vitus et pagos quod est villa quoniam i vico illo
 scia de na discebat. quod p et pitia. id est sapia legu viget. Sed et p
 scia iuris pitia de et iurispit. post hoc quertit se ad publica
 spectacula ostendit ex ordine sibi singula ingit. Sed et p fusa glia
 id est inanis ypodromii illius loci quod pbant eg ad lucta. et de
 ab ypos quod est equus et dromos grece quod cursus sonat inde
 ypdrom. id est loci quod eg cursu pbant vel hz alios ypodromii
 id est loci deambulatorii sup. supra que hoies abulat. et pro
 nit ab ypos quod est sub et dromos curuitas. vel ab hyp quod
 est supra et dromos cursus quod desup hoies currut et abulat
 quoniam se arc deambulatorii palacioy. vbi de in legenda scilicet
 Sebastiani tunc iussit. eu in ypodromio palatii tadu fult
 gari et. vbi ypodromioy decet pcut loci hic sit duoden. vi
 ctoria circi illi loci viget. Sed et Dalestra. id est loci lucte viget. Sed
 et fulminatio. id est iactio cestus huius insti viget. hec. est. n. cestus
 us. ui. coriu cu plubo ifuso quod man suas pugilles munit
 et seinnice cedut. et de vulgari vocabulo plubata. Elatio. id est
 eleuatio missiliu. id est teloy viget. Sed et exclamatio nautay vl
 get hic Loree. id est ludicris saltationisqz puentio viget. Sed et.

Cu ergo hec et alia multa fauoni mihi intinam
 set liberalitas quod na mihi eet facultas quoniam fuit quate
 qz expense loculi mihi posset sufficere numero si
 tas: cuiusqz discipline eet mihi pmprior metis in
 tentio. **D**ib sibi igit p ordine rñis quod da memo
 ria dignu amicis auribus istillauit. quod. id est. pccitati
 pecunie diliget iustiterez: quoniam pudori p sentaneu e
 stulte comissa dilapidare: cogenteqz necessitate
 pudore me repatriare confusu. aliud et nona via
 ronis exorbitans p palauit: vt si alicui discipline
 me inserere. prius diligenter inspicerem si bonis
 moribus obediret. liberalium artiuqz vbertate ti
 tulus polleret: reotaqz oi negligetia suoy p fessio
 nis vt p tridnu eu diliget audire. cunctaqz p fidera
 re vt si bonu eet lz balbutiens n tñ ab eo discedere
Cu g hec et mlti alia. i hac pte Boe. post qz ostidit quo
 fauoni ipse cuncta quod athenis publica foret ostidit atqz di
 uersas pboz sectas: qbusqz in locis studia sua exercebant
 monstrauit. Sed pnter sibiugit quo fauoni ipse Boetiu in
 struit quod studio atqz quod manerie i his atqz circa quilibz gerere
 dz. Et diuisit in duas ptes. na prio dat ei plura documeta
 ta. scdo circa ea oia quod da notadu subiugit ibi. si e at digna
 pria in duas. na prio fac quod deum e. scdo Boetius ponit
 ips ipm in quod athenas studuit ibi. fidelit et. Et die cu me
 ra liberalitas fauoni supra notati scimasset. id est. demoftraf
 set mihi hec oia supradca atqz alia plurima quod forte breui
 tatis ca siletio pteriuuit. quoniam fuit supple fauoni a me boetio
 quod na eet mihi facultas. id est. rez copia. quod p et. interrogauit cui
 discipline itetio mee metis eet pmprior tade oib sibi p
 ordine respōsis quod da memoria dignu amicis. id est. amicabi
 libus auribus istillabat meis. Et h primu documetu est
 quod sibi tradidit. id est. vt paritati pecunie sp diliget iustiterez non
 qd illi paritati quod p digalitati opposita est hz mediocritati
 Et ronem sibiugēs di. dilapidare. id est. inutilit expēdere comif
 sa supple a paritib p sentaneu. id est. psonu e pudori. quod. d. pu
 dor e comissa stulte inutiliterqz expendere et cogete. id est. vrgere

necitate repatriare p fusus pudore. Deide fm documetu
 sicut dices. Id e fauoni p palauit aliud si exorbitat. id est.
 aberras. vel deusas a ronis via h. id est. vt si ego Boe. insere
 re. id est. imittere me discipule alicui. id est. magi quod respiceret pri
 bn et maturo p filio p qreret si magi ille obediret vobis et scis
 morib atqz polleret. id est. resplenderet. titulis. id est. insigniis libe
 raliu artiu. atqz si ipse magi indulgeret. id est. vacaret p motu
 suoy scholariu et h remota oi negligentia ingreret et pspi
 ceret e pfectiois eet atqz p tridnu cum audire cunctaqz p fiderem
 vt si bonu eet non discedere ab eo lz balbutienti. id est.
 male loquenti. vel si cecitas. id est. ignoratia. id est. magi illius eri
 stes nouerca. id est. sria sibilis detineret aures stultoru. id est.
 idotoy simulacro. id est. fictioe falsa similitudine efficeret retro
 grad sic vt eu dimittere sup. admouit. fauoni. hic quod da
 notabile deum his aditices igit sigde p certe malo. id est. magis
 volo reliniri. id est. edoceri fructu. id est. doctria balbutientis lz te
 diola. id est. tediu igeneret qz gliari dulcore. id est. ficta dulcedie
 seductis. id est. dicipit cecitatis. id est. ignoratie. **C** Nota du. **B**.
 pspiciens p digalitate scholarib sicuti et cuilibet nimiu ee
 danosam atqz i miserie egestatis iteritu atqz tade pudore
 atqz fabule nedu notis hz et ignotif iductiu sum opere pcc
 tate h e liberalitate quod i modestia et temperantia p ficit. comdet
 plecteda. **C** silio cathois quod bis vrb quod id e pccipit. **M**e
 tibi quod desit qstis vt ere pcc. **C** itqz quod e serues sp tibi de
 esse putato. **C** Notandum circa hac ptem vbi dicit prius
 diligenter inspicerem et. **L**ibros euoluere seu legere p stu
 dio si suffic hz doctores id eos audire pgruit. **S**i quod g do
 ce fieri cupiat doctiu viz eligat cu doctoy insufficetia via
 discipule claudat doctiu lz illu varrone p fule elige quem
 magis mireris i suis qz in aliis. nil. n. magnifice voce
 bit quod a seipso nil vidicerit quod et Boe. ipse in inferiorib at.
 testas ait. **A**diserrimi quippe igeti e vti iuetis et non iuenedis
C Nota circa h quod dicit. **A**dalo sigde balbutiens et. **M**e
 mo hz exteriore apparetia qua na sibi indidit aspennend
 e quoniam ignoratur vtus intranea auctoritate eccliaf. **I**. **M**o
 laudes viz i sp sua neqz ignas hoies visu suo. et catho mo
 ral. **C**orporis erigui vires ptenere noli. **C** silio polet cui
 vi na negauit. **I**nterdu. n. pcciosiora snt pui corpusculi va
 scula vti seme lapilli qz testant. **S**ic et quod sagax na balbu
 tiendi ligne vitio subtraxerat quoniam qz p silio atqz itelligetia vbe
 ritate refartit. **I**nde vulgare h. **A**dellora sunt vulnera dili
 getis qz fraudulenta vba blandientis. **C** Nota balbutie
 tis in superioribus expositum est. c. z. i ea parte cu de vio
 lentia agebatur. **S**imulacrum imago vel effigies dicit. et
 dicitur a simulo as. quasi rem aliter ostendens quod sit.

Feliciter at his et aliis secretis instructus animis
 duobus de viginti athenis conuolui. quicquid mali
 exptus ad boni tñ vestigia sp sui anhelas. **N**on
 enim e dignus dulcoris acumine qui amaritudi
 nis nequiuu inuiscari grauamine. **H**erodiani
 Aristotelisqz discipline sp adherens. aliozūmqz
 scintillulas diligenter menti mee comendami.

Feliciter at his et aliis secretis. **I**n hac pte **B**. ostidit qto
 tpe post supiorē instructionē fauoni athenis in pmo studio
 pmaserat doctrinis pboz insidendo dices. ego Boeti in
 structus. id est. iformat bis sup. pdictis et aliis secretis. **S**au
 di ab ipo fauonio pualui. id est. pmasi athenis animis duobus de
 viginti elegatia e. id est. animis. id est. q snt viginti de pta duobus. an
 helas. id est. itedē sp ad fastigia. id est. sumitates vobis. id est. virtutis et
 sciaz qcad et mali. id est. aut egestatis aut pcurie aut et oppro
 brii expti sui. id est. passus sui. et ide quod da scdes puerbiu igit
 et his. **M**e. n. non e dignu acunie dulcoris qui nequiuu i
 uiscari. id est. irretiri grauamine amaritudinis furta illud. dul
 cia non meruit qui non gustauit amara: et seqz hz pboz do
 cumetis atqz istitutis tato tpe inuigilant dices. et ego **B**.
 adherens sp istitutis atqz traditib herodiani illius pbi
 atqz Aristotelis illi pbi comēdauu menti mee scintillulas

Capitulum

.i. documēta et traditōes aliorū p̄boꝝ et c. ¶ Notādū q̄ he
rodian⁹ sūm⁹ fuit ille grāmatic⁹ atheniēsis ut quibusdā
visum ē quē et appolloniū p̄scianus isecur⁹ ē. fucrit. n. illi
duo ut p̄scian⁹ ipse i maiori testat⁹ excellentissimi ap̄d gre
cos grāmatici. s̄ de Aristotele atq̄ ei⁹ laude satis i sup̄io
ribus dicta sunt cum de logicis institutis p̄tractatū ē: s̄
quid fastigium sit ibidem dictum est quare ibi videas.

¶ Ne paupertatis facultati p̄ntis operis deroget
simplicitas. p̄fundat despatio: affligat desolatio
quoddam cunctorum nature cōe dignū durim⁹
examinū cōmittendum.

¶ Ne paupertatis facultati p̄ntis opis. Nec est sc̄da ps p̄ci
palis h⁹ capli i q̄ postq̄. B. determinatū de sagaci schola
riū p̄uide. et h⁹ q̄ ad eos q̄ rez copis p̄stāt atq̄ necessa
riis oib⁹ pleno cornu habūdāt. nūc vō facit h⁹ idē de his q̄
paupertate grauati quotidianū victū labore atq̄ industria p̄
curare cogūt. Et diuidit hęc ps sc̄da in q̄tuor p̄tes. nā p̄
mo p̄mittit paupertati ip̄i p̄fulere atq̄ documētis quoad
possibile fuerit obuiare. sc̄do plura enarrat q̄ ut plurimū
scholarib⁹ penuriā atq̄ egestatē inducūt. et h⁹ idē ut facili⁹
remedia in h̄riū s̄ministrat. tertio h⁹ q̄dlib⁹ p̄dictorū p̄siliū
administrat. q̄rto ex his oib⁹ qua manerie p̄ferēda paup
tas existat p̄cludit. sc̄da ibi. Cū ē. tertia ibi. i. ¶ Parentū
detestabilis. q̄rta ibi. Sit g⁹ tuta paupertas. et p̄io dicit
nos Boetius dignū durim⁹ cōmittendū examini. i. decla
rationi illud q̄d cōe est nature cunctorū. et h⁹ ne simplicitas
paupertatis deroget facultati p̄ntis opis atq̄ despatio p̄sū
datatq̄ ne desolatio affligat. q̄si diceret. Sūt plurimi q̄
forte ob inopiā atq̄ expensarū carētiā studio vacare despi
ciūt atq̄ sic q̄d nā donauerat egestate atq̄ rez penuria d̄
prauat: ne quēq̄ paupertas hęc ab hoc sc̄do p̄posito s̄tra
hat nos. B. durim⁹ dignū et rōnū p̄sonū paupertati schola
riū quoad possum⁹ remediis obuiare. Itē duo plura si
gnificat ut h⁹ metro. notat. Duco despatio reputat trahit
et p̄p̄riū dat littera vō idē q̄d reputare significat sic in li
teris scribit. dignū durimus vobis intimandū et c.

¶ Cū at scholaris egestas diuerso p̄cedat stuitu
tū pp̄ affiniū tenacitatē: tū pp̄ eoz iundātis p̄cel
le penuriā. tū pp̄ vitrici iuuamini icōstantiā. tū
pp̄ germane nubitatis instantiam: tum p̄ofter
ipsius priogeniti militie nimiam icuriā. tū pp̄ fa
miliaris aduersionis versutiam: generali stemate
perusi dignum durimus consulendum.

¶ Cū aut scholaris egestas. In hac pte Boe. enumerat ea
que ut plurimū scholares in penuriā atq̄ egestatē p̄trahūt
et diuidit hūm q̄ ponit p̄tes eoz q̄ egestatē causant. Et dicit
aut p̄ h̄ cū egestas. i. penuria scholaris procedat. i. causat
diuerso intuitu h̄ ē ex diuersis causis. tū. i. p̄io pp̄ tenaci
tatē. i. paritatē affiniū. i. tā parentū q̄ amicorū. tū supple
sc̄do pp̄ penuriā iundantis p̄celle. et fluctuatū et p̄clitanti
miserie eorūdem. tū sup. tertio pp̄ icōstantiā iuuamini. i.
adiutorii vitrici. i. patrini vel patriastri. tū sup. q̄rto pp̄ in
stantiā germane nubitatis h̄ est pp̄ despatio fororis
tū. i. q̄nto pp̄ incuriā. i. negligentia militie. i. vharidias pri
mogēti. tū. i. sexto pp̄ versutiā. i. prauitatē atq̄ deceptio
nes aduersionis familiaris. Cū g⁹ supradē oia sint q̄ plerū
q̄ penurā scholarū p̄curēt. nos B. dignū durim⁹. i. re
putauim⁹ p̄sulendū sup. scholarū iopie ḡnali stemate. i.
discendi ordine. ¶ Nota vitricus patrini vel patriaster
est. s. q̄ vroz ex alio viro filii vel filia h̄ntē dicit et corripit
penultimā. vñ Quidius de remediis. Vitricis et gladiis et
acuta dimicet hasta. Nouerca autē ē q̄ maritū et alia vro
re filium. vel filia h̄ntēz dicit q̄s ut plurimū iniustas dicit
mus vñ quidam. Gaudet in afflictos sentire nouerca p̄as

¶ Parentū detestabilis adūca tenacitas p̄cum
instātia p̄molliē: tediōsisq̄ affatib⁹ plerūq̄ dissol

uit: fletibusq̄ tēpestiuis delinē: p̄missis fallaci
bus plerūq̄ exercitat: munusculis affectuosis di
soluit: adulationē si tēpestiua fuerit p̄forat: si min⁹
solidat: adamantina l̄z fuerit exemplari cōmonitu
destituit: aliorūq̄ rogatibus exercitatur:

¶ Parentū detestabilis et c. In hac pte. Boe. post narra
tionē eoz q̄bus scholaribus ipsis ut plurimum paupertas
imitat nunc remedia ad q̄libet oportuna s̄iungit. Et di
uidit in sex p̄tes hūm sex remedia sex causis paupertatē indu
centib⁹ appropriata. sc̄da ibi. Inundantis. tertia ibi. ob
sego. q̄rta ibi. Germanici festinantis. q̄nta ibi. Germane
nubilib⁹ sexta ibi. Tēacitatis industrie. p̄oit g⁹ p̄io reme
diū h̄ primū q̄d ē parentū tenacitas q̄ q̄nq̄ tāta existit ut
et nisi arte et obsego flecteret filios in extremā labi p̄mitte
ret egestate. Cuius tenacitatis moderamē. B. scholarib⁹
ministrans his ingt v̄bis. Detestabilis. i. odiosa atq̄ adū
ca. i. auara tenacitas et h̄i adunca ex similitudine dēn ē adū
cū. n. curuū sonat vñ. Curuū se p̄bet q̄d edūcū crescere oꝝ
Auaritia q̄z nimia sua inflexibilitate et tēacitate merito cur
ua dicit vñ. vñ adunca tenacitas. i. auara paritas parētū
p̄molliē. i. dulcessit et flectit instātia s̄baudi multa p̄cū. i.
supplicationū. q̄z p̄ et dulcessit et p̄molliē tediōsis v̄bis s̄
audi despatius frequēter geminatis et ex p̄nti nimia repli
catione tediū igerentib⁹. et plerūq̄. i. sepe supple tenacitas
ipsa parentū dissoluit affatib⁹. i. ornat et politis p̄uasio
nib⁹ filiorū. q̄z p̄ et delinē. i. p̄molliē flectit tēpestiuis sup.
p̄ loco et tpe. atq̄ q̄nq̄ tenacitas ipsa exercitat fallacib⁹. i.
falsis p̄missis. s̄lr dissoluit interdū munusculis. i. donis
affectuosis. i. affectatis. et p̄forat. i. ingredit sepius adula
tione. i. blādimentis. et h̄ si tēpestiua fuerit sup. loco et tpe at
q̄ p̄grua manerie. q̄ si min⁹. i. nō fuerit s̄baudi tēpestiua
ipsa adulatio: certe tenacitas ipsa p̄solidat in penis. et sup
tenacitas ipsa parētū p̄it⁹ destituit monitu. i. p̄uasione
exemplari. i. exēpla adducēte. l̄z p̄ q̄uis et fuerit adamantina
. i. auarissima p̄ similitudine dēn ē. sic. n. adamas ferrū at
trahit. sic q̄z p̄ et auar⁹ p̄tinuo reb⁹ non h̄ntis inflexit. s̄lr
quoq̄ tēacitas parētū et exercitat. i. cōmonet sepi⁹ rogati
b⁹. i. intercessiōib⁹ aliorū. s. amicorū. ¶ Notādū scholarca
ipsi circa p̄tes et amicos tenaces et p̄cos q̄ difficili flecti q̄
unt sicut gutta circa lapides durissimos se h̄ntē vñ respi
ciāt. n. nō vi cas⁹ atq̄ p̄deris guttā cauere lapidē s̄z assī
duitate et instātia. sic et parētū p̄citas l̄z nō vna sola instātia
flecti atq̄ deliniri possit ipsa salē nūc decies imo pluries
geminata valeat deliniri. q̄d si huic assiduitati et instātie ars
affuerit certe i meli⁹ op⁹ p̄p̄abif. nā ut igt. ¶ Nāp̄bil⁹. ar
alof fragit et fortes diruit v̄bes. Arte cadūt turre arte le
uat on⁹. et itē. Qui. d. arte. Arte cite veloq̄ rates reoq̄ re
gūt Arte lenis curr⁹ arte regēd⁹ aoz. ¶ Notādū h̄z thomā
sc̄da sc̄de. q. i. s. Inter placidū adulatorē et blāditorē h̄ ite
rest. ¶ Placid⁹. n. ille ē q̄ sola itētiōe dlectādū loq̄. s̄z blā
ditōe itētiōe lucrī cōsequēdi. Adulator vō cōit vitricis attri
bui solz. verū tū ē q̄ vñ p̄ reliq̄ ap̄d auctores sepi⁹ p̄tū ē

¶ Inundantis p̄celle penurie p̄ laboris incrementa
pp̄riū obtēperādū ē scriptitādo: trituras colligen
do: are as mūdādo: ad tps seruēdo. si tū ingēiosa
scribendi facultas motū coegerit voluntarium:
necitatis stimulū dignū durimus inbibere.

¶ Inundantis p̄celle penurie. In hac pte. B. p̄oit sc̄dz reme
diū h̄ sc̄dz q̄d ē parentū inopia atq̄ paupertas. et duo fa
cit. nā p̄io remediū p̄oit. sc̄do q̄dā circa h̄ notādū cōmo
dius s̄necrit. ibi. Lauendū ē. n. et dicit q̄ si parētū torq̄at
egestas obtēperandū. i. p̄sulendū ē penurie. i. miserie inū
dantis. i. habūdātis vel p̄clitantis et fluctuatū p̄celle p̄
incrementa. i. augmēta laboris videlz scriptitādo. i. scribē
do alia l̄ra h̄z scriptitādo triturat. i. melle colligēdo et vñ
tritura a tero. q̄z terit in area. Areas. i. domoz et alioꝝ lo
coꝝ planicies mūdādo: s̄lr seruēdo ad tps s̄z tū iter oia h̄

nos durim? .i. reputauim? dignū ibibere. i. cobibere et re
seruare stimulū. i. pūcturā necitatis. i. idigētie sbaudi scri
ptura. et h si facultas. i. ars ingeniosa coegerit. i. spulserit
motū volūtariū. i. ipaz volūtate sup. ad h faciēdū. **C** No
tandū paup̄tas hmoi de q̄ in h scdo remedio intēdit et si
supra vires intēdat patienter tñ sufferēda est. Exēplo ma
lor n̄oz q̄ paup̄tatē placidā atqz acceptā ob amorē pbie
i dies excoluerūt. sic Diogenes pb̄us vt refert. Sene. pau
p̄tate gaudere voluit. paup̄tateqz potētias seculi supare.
Erat nēpe Alexādro oia possidēte potētior cū plus eēt qd
iste nollet accipere qz qd Alexāder dare posset. Uisus. Mo
lus erat vt Hieronym? J. Iovinianū refert duplici pallio
pp̄ frig? .i. p̄ cellario habuit atqz clauā ob frigidita
tē senectutis sustentādā. verūtū qm̄ nā ipa aliqb? indiget
qb? ad p̄bandū validi? sustēte? agruū ē vt qd fortuna ex re
b? exteriorib? assūperat labore atqz industria p̄graf vt sic
ficuti in supfluis nā nō habūdat sic qz in necessariis haud
qz deficere dinoscit. labores vō et industrie qb? nec ne
cessitas reprimit. sē qz hā cōnumerat qbusqz i remediū ad
egestatē si p̄sul fuerit nullo tibi tpe nāc cōmoda deesse vi
debis. Itē area locustarū ad excutiendū frumēta apt? vl? dī
tabularū eq̄litas: vel domoz latitudo. Ide arcola v̄minu
tiū. quocūqz tñ mō capiat bñ i p̄posito applicatū puta.

C Lauendū ē tñ ne deliciosus mētē excitet appeti
tus. lucrūqz eneruet sirenofuz: cōiter scribētū p
diga raroqz fidelis defraudet adlatio: familia
risqz sinistra visu vel auditu ebibat quicquid scri
bentis dextra permollitur.

C Lauendū est tñ ne delitiosus. **Hic. B.** circa prio dcm̄ re
mediū qdā notabile obseruādū s̄nectit. et diuidit i duo
nā prio facit qd dcm̄ ē scdo exēplo dca explanat. ibi. Gle
beonis negtia. Et dicit **B.** q̄ in his supradictis et p̄cipue
in scribēdo summope cauendū est ne appetit? deliciosus.
i. voluptuosus. et luxuriosus tā ea luxuria q̄ i ornatis? est
qz ea q̄ in cōmestatiōib? atqz coitu p̄sistit iuxta satiricorū
partitides q̄cūqz tāde sit cauendū est ne mētē scholaris ex
citet. i. cōmoueat sup. ad aliqz turpe pagēdū atqz sic ener
uet. i. ex̄bat fundit? et eradicet lucrū sirenofuz. i. attractiuū
et deceptorū. cauendū qz ē ne adlatio. i. blādities pdiga.
i. larga q̄ ad excessum. qz p̄ raro fidelis defraudet sup.
mentē scholaris. q. n. canēdū est ne adlatiōe et fictis oble
tamentis scriptoz tanto inuisceat vt sic studio se postero
rem p̄stituat. qz p̄ summope caueat ne sinistra sup. man?
h ē infidelitas familiaris ebibat. i. s̄trabat visu vel audi
tu q̄qd. i. oē illud qd p̄mollit. i. lucrā dextra. i. labor et si
delicias scribētis. **C** Notādū circa hām tria sūt mala que
p̄cipalī scholaris sicuti et quēlibet ab abusu cōq̄stoz ter
rere dnt. **I** p̄mū ē spūaliū bonoz p̄tēpt? q̄ abusu hūc
p̄legit vt p̄ de esau. genesis. 25. q. p. lētis p̄mogenita ven
didit oia. Scdm̄ est paup̄tas vsqz ad medicitatem. hoc p̄z
in filio pdigo. luce. 15. q̄ post dissipatā s̄bam ad tātā pe
nuriā deuenit q̄ cupiebat replere ventrē de porcōz siliqs
h nemo illi dabat. Tertiuū est rapie pctn̄ et h tāgit catho
cū dicit. Utere q̄sitis s̄ ne videaris abuti. Qui sua cōsu
mūt cū deest aliena sequūt. **C** Notandū circa h q̄ dicit
sirenofum lucrū. Sirena vel siren monstrū marinū est qd
dulcedine sui cantus nautas ad se trahit et submergi facit
hic a sire. i. tractu dcm̄ ē. Sic qz lucrū dulcedie sua hoīes
ad se attrahit atqz tandem attractos in gehēnā perducit.
quaf dcm̄ est. **P**ecūia tua tecū sit in pditiōe. bñ g? lucrū
sirenofum. dicit. i. attractiuū et dolosum.

Glebeōis negtia: nō obstāte parētele grā quan
tū discēdi icōmodū vtutūqz dcremētū mibi ptu
lit sub herodiano militātī. Deficiēte plerūqz pa
terni cēsus igniculo more p̄tar ato merorē cauti?
durimus mitigare aliqd iprimēdo arbitrātes tu
ti? egere q̄ uelle lōgi laboris itiera spatriādo sui

tus arripet. **A**ffimib? itimauit glebeōis nequitia
me pestiferis scriptoz sedib? ibni lucroqz seducē
ti diuti? gloriari. Ad malū plerūqz parētis p̄m
ptior intētio igne euaporauit in rinfeco solitoqz
priuauit subsidio: et priusq̄ ex̄t? acta p̄basset: nō
declinavit amentia. p̄cumqz in nullo profecit in
stantia. post bimatum delatoris notoria traditio
remansit. sed non inulta recessit.

Glebeonis negtia nō obstāte. **Hic. B.** exēplū p̄dictis s̄
nectit dicens: quātūcūqz et incōmodū vis. ēdī et vtutis decre
mētū negtie glebeōis. illi? scholaris nō obstāte grā. i. fa
uore. parētele. i. parētis mei q̄ sibi gratiosus extitit ptulit
sup. vt statī s̄iungeat mibi **B.** militātī. i. studētī sub hero
diāo. i. sub ipō magfo. nihilomin? nos. **B.** deficiēte nobis
plerūqz. i. sterdū igniculo. i. adiutorio paterni cēsus dignū
durim? mitigare more. i. remedio p̄tarato. i. p̄misso mezo
rem. i. tristitiā paup̄tatis aliqd iprimēdo. i. scribēdo arbi
trātes tucius. i. securius detegere nos inuitū. i. in labore
et paup̄tate q̄ arripie iūnera lōgi laboris repatriādo. De
inde. **B.** icōmoda sibi a p̄fato glebeone illara enumerans
dic. s̄ qd cū nos **B.** vitā nostrā labore manuū sic vt p̄fer
tur lucraremur. negtia et sinistra prauitas glebeonis itima
uit. i. notificauit affimib?. i. parētib? atqz amicis. sup. incif
bul. i. instrui me Boetiū pestiferis sedib?. i. in cathedris
pestē inferētib? scriptoz. i. cathedrātū atqz intimauit me
gliari. i. q̄ gloriaret? dūti? lucro. i. in lucrū seducenti. sup.
quēadmodū supius oñsum est. qd vltra intētio. i. amor pa
rentis ex̄ns plerūqz. i. sepi? p̄mptior ad malū sup. opinā
dū de filio qz ad bonū euaporauit. i. euauit et exalauit.
igne. i. ab igne intrinfeco. i. ab ira incēla subordinante gle
beone supradcō. qz p̄ et sup. itētio parētis sic vt p̄fer? eua
porata atqz q̄si exalata priuauit me s̄bidio solito. i. p̄sucto
et h pri? qz erit? .i. finis et rei vitas p̄ballz. i. manifestasset
acta p̄ me p̄petrata. et itē amētia. i. parentū nō declinavit
imo i dies inualuit. qz p̄ et. instātia p̄cū p̄it? profecit i nul
lo. qd āplius traditio delatoris. i. accusatoris. i. glebeonis
remansit notoria. i. manifesta p? bimātū. i. p? ānos duos
s̄ traditio ipa h recessit. i. euasit inulta. i. ipunita. **C** No
tandū q̄ intē vitia cetera detractiōis vitū marie odibile
centendū est qm̄ primū lacerat atqz cōfundit. aut. n. bōa
diminuit aut occulta denegat. aut falsa crimina iponit. qz
obres sapiens admōet ecclesiastici. 22. ne h vitio inuisceat
p̄sortes nos erbibeam? ne forte assiduitate sua infamati i
proprium p̄petramur. Lauendū g? summope scholarib? est
ne talibus se associet. vt sic qd **B.** glebeone subordinan
te contingit se a s̄libus peniteant non cauisse. Item bima
tus. i. spaciū duoz ānoz. i. bieniū. Et dicit a bim? ma. mū.
qd cōponit a bis et annus q̄si duoz ānoz rē. Itēz delat or
. i. accusator. et dicit de sero. i. accuso. vñ. z. machabeoz. 4.
Simon autē p̄dictus pecuniā et patrie delator rē.

Obssequio vitrici si neqat cōsolari facultas: mi
nis derogetur: tractuqz tempestiuo cōminuatur
vt iocosa proculi docet transactio.

Obssequio vitrici si neqat cōsolari facultas. In hac pte ipse
Boe. ponit tertiuū remediū p̄tra tertiuū qd est vt plurimū
egestatis scholaris p̄curatiū. i. vitricū atqz auoz tena
citas. Et dicit q̄ si facultas sup. scholaris neqat cōsolari. i.
iuarū aurilio. i. subsidio vitrici. i. et auoz qd agendū. dico
q̄ tenacitas hoz deroget. i. diminuet m̄nis. i. cōminatō
nibus qz p̄ et cōminuet sup. quēadmodū p̄missum est. tra
ctu. i. motu tēpestiuo. vt. i. quēadmodū iocosa trāfactio. i.
opatō p̄culi illi? magū docz. itē drogo as. re. maledicef
draber vl? diminuet p̄ pte h i toto ē. ff. d. v. obli. l. drogator

Germani festiuantis incuria exemplari mitige
tur eulogio: ipsiusqz propinquitatis ammoni
tū corrigatur versutia vel amentia deprimatur.

Capitulum

Germani festiuantis incuria. In hac pte Boe. ponit ter-
tiu remediū s̄ tertiu ipedimentū qd enā vt frequenter pe-
nurias scholarib⁹ imittit di. Incuria. i. negligentia germa-
ni. i. fr̄is festiuantis. i. festa q̄tidiana pdigaliter celebratis
mitiget. i. castiget. eulogio. i. sermōe psuasiuo blādo atqz
dulci sermone inquā creplari. i. creplorum pleno. qz p r.
versucia. i. astuta negocia s̄audi germani pfati. corrigat
āmonitu. i. āmonitōe ppingtatis vt deprimat amētia. i.
stulticia incurie. B est negligentie. **N**otandū qm p̄ filio
essendi cā ē nutriendi atqz discipline inf oia q̄ correctioni
atqz eruditioni filioz magis pficere atqz pdesse vident
sola est paternalis a tenera etate filiorū correctio atqz cru-
ditio. nā q bñ crudiūt in etate tenera qñ pfecti sunt de fa-
cili ad bōa iclinant. nō est tñ sue correctōis regule nimia
feritas inserenda. qm l3 filios corripe bonū sit: extermina-
re tñ ipsos non l3. qz tunc paternalis disciplina pdest qñ
clemētia adest. sed pro dolo: in b̄ instanti tpe neqz disci-
plina neqz clemētia studiū corrigūt. q̄ fit vt qñ sperat ex co-
rum letari opibus quolibet desolant. q̄ si tarda atqz fera-
tūc adhibeat correctio hec non arduo sed blando solū eu-
logio ministrat. Itē germani pprie dicunt q bñ eādē ma-
trem sed vsuersos patres quasi ab eadez genitrice manan-
tes. dicunt tñ etiam qui eundem patrem ⁊ matrem hñt.

Germane nubilibus annis affini quantocius
obtemperandū ē: ne per incurie vitū rosa pri-
mula pollice carpatur indigno.

Germane nubilib⁹ ānis affini. In hac pte Boe. ponit.
aliud remediū s̄ qntum ipedimentū paupertatis scholariu
inductiuum qd est sororis nubilitas. ⁊ diuidit in tres ptes
nam primo remediū ponit cū cause subnerione. scdo s̄
eos inuehit qui ob incuriā pudori castitatis nō indulgēt.
ibi. O. q̄. Tertio quodam exemplū circa pdicta subiūgit
ibi. obtepande. ⁊ dicit primo. Qd si scholaris in penuria
existat atqz tps nubilitalis germane. i. sororis ppinquus
sit d3 supēdere p ea vice vt sorori d̄ matrimonio pvideat
qm̄ germane. i. sorori affini. i. existētī prie nubilio⁹ ānis
.i. annis pubertatis q̄ āni ad nubēdū habiles sunt obtepe-
randum ē. i. succurrendū est quāto citius. i. valde cito. ⁊ rō-
nem subdens dicit. ⁊ B id ne p̄mula rosa b̄ ē v̄ginitas ipa
carpat. i. auferat ⁊ pprie fructuū ē. indigno pollice. tran-
sumptiue positiū est. i. indigna manu ⁊ indigno amatore p
vitiū incurie. i. negligentie. **N**otandū circa b̄ q̄ dicit
p̄mula rosa. Virginitas ipsa nomē honorabile est qre nō
lmerito rose cōpat nō qdē simplr s̄ honorabile est. s̄ si bōis
opib⁹ illustret nā in euangelio. v̄gines qnqz fatue legun-
tur qre ex sua v̄ginitate itroitu ad ianuam celestem me-
ruisse non creduntur. pulchrum ḡ est esse v̄ginem. sed pul-
chritus multo si cū v̄ginitate opib⁹ floreat sacris: nūc ofo-
ni nūc meditationi sedulo mētē exponendo his enim v̄die
ronymo ad Eustobium teste v̄gines debent eē occupate.

Quam sororis cōmendanda pudoris profes-
sio: dolēdaqz p̄trariū cōmissio: veluti vultum de-
turpantis pudore plena pulpe resecatio.

Quā sororis cōmendanda est pudoris rē. In hac pte in-
uehit s̄ eos q ob negligentā castitati nō puidēt ⁊ dicit.
O q̄ cōmendāda est p̄fessio. i. obseruātia pudoris sororis
qz p r. q̄ dolēda est cōmissio p̄trariū. i. ipudicitie dolē-
da i q̄ veluti resecatio. i. p̄fessio pulpe illi⁹ carnis supflue d̄
turpantis vultū pudore. **N**otandū deus nā in mulie-
ribus verecūdiā posuit vt ipse ad petru ⁊ ipudicitā puoca-
re formidēt. qd attendētes antiqz plurime in tm̄ fm̄ car-
nem viuere cupiētes p̄t⁹ mori maluerūt q̄ v̄ginitatis flo-
rem sedo cōmaculare accessu. nec solū christiāoz glia exē-
plis h̄az referta ē: s̄ ⁊ paganoy christū p̄sus ignorātū.
sic apud valeriu marimū greca qdā hippo vitā pdere ma-
luit q̄ pudicitā deturpare. sic ⁊ pelagia q̄ vt refert. Am-
brosius. c. 3. de v̄ginitate cū esset ānoz. 13. ⁊ p̄donib⁹ circū

septā se videret matre abñte suisqz sociab⁹ i aquā se p̄iecit
malens mori q̄ violari. sic qz romanoy Lucretia quā i
epitaphio Ouidius his vsib⁹ cōmendat. Cū foderet gla-
dio castū lucretia pectus. Sanguinis ⁊ torrens egredere
ait. Testes pcedāt nō me fuisse tyrāno. An̄ viz sanguis
spūs an̄ deos. Quā bñ p̄ducti p me post fata loquētur.
Alter apud manes alter apud supos. Et l3 hec viro nupta
fuerit. maluit tñ gladio occumbere q̄ suam pudicitiaz al-
terius cōmaculare tboro. Est ḡ sūme cōmendanda fora-
ris pudicitia atqz ipudicitia quolibet condolenda.

Ob tempande germāitatis insignia scdi theo-
frasti simacū yconomū sub silētio cōmittēdū nō
ē: q̄ vtroqz parentum viā vniuerse carnis igres-
so iminētis ifamie germāe p̄stātū dotis bñficio
maritauit: seqz fortūe meatib⁹ obnixe cōmēda-
uit. Elisie marito naufragiis surrepto simacum
frēm soror iseqbat: elisia i multis seruiēdo: meri-
toz simulacro cūcta simaco ministrabat. Nā p
prie carnis illecebris dū deesset facultas secre-
tus florē exponebat. Adaluit enī incurie vitio
clam elisia succumbere q̄ fraterne fedus p̄stātie
se viua dirumpe. nec ab iceptis retrograda p̄mā
fit quousqz inchoata sine terminauit idoneo.

Obtēpande germāitatis insignia. In hac pte exēplo qdā
supiora coroborat. exēplo in q̄ a simaco yconomō acce-
pto q̄ p̄ maritāda sorore oia bōa tradidit. q. d. sic ⁊ a scho-
lari vt sororis cōualecat pudicitia atqz iusto m̄imonio
cōbineat patiēda atqz supportanda p tpe ē penuria ne for-
te vt supra dixerat v̄ginitas alieno atqz idigno viro macu-
let. dicit ergo si ē cōmittēdū silētio. i. si ē tacēdū simacū
yconomū filiu scdi theofrasti illi⁹ b̄ōinis sup. q̄to amore
atqz fidelitate se habuerit erga sorore suā Elisia m̄imōio
collocādā. ⁊ B ob insignia tpeande germāitatis. q. i. simac⁹
vtroqz parēte igresso viā vniuerse carnis b̄ ē mortuo vtro-
qz parēte. ⁊ ē elegās satil locutō. maritauit p̄stātū: qm̄ vt
seqt̄ iā p maria ifamia extitit gerināe. i. sororis iminētis.
i. iā machiate ifamie bñficio dotis. qz p r. sup. idē simac⁹
